muni, quod jam Rota pro conſtanti habuit, maximè apud
Mohedanum deciſ. 244. in qua Domini indiſcrepanter hoc
ſenſerunt, & probatur ex traditis ab Imol. in c. quanto notabi-
li, 1. in fine, & Hoſtienſ. in c. novit. §. innotuit verſ. & idem
forſan de his quæ fiunt à Prælatis, Innoc. in d. c. irrefragabili,
num. 5. Sed an in omnium clericorum punitione Epiſcopus
teneretur procedere de conſilio, vel aſſenſu Capituli? vide
in d. deciſ. Achil. num. 6. Verall. deciſ. 202. par. 2. Gonzalez
reg. 8. gloſ. 47. num. 13.

27 Duodecimò, quia † eadem eſt ratio ut Epiſcopus in Ca-
nonicos ſine Capituli interventu non procedat, atque ut
Archiepiſcopus in Epiſcopos, illa ſcilicet, quia tali concor-
dia gaudet altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis: c. Ar-
chiepiſcopus, 9. qu. 3. Sed Canonici membra ſunt Epiſcopo-
rum, ut ſuprà fund. 6. & infra funda. ſequenti. Ergo, idem
interventus erit neceſſarius juxta regulam legis non poſ-
ſunt, D. deleg.

28 Decimotertiò † confirmatur hæc juris aſſiſtentia ſi pon-
deremus, quod ipſamet ratio dictat, ut in irrogatione
pœnæ aliter indulgeatur fratribus qui fraternitatis privile-
gio gaudent, ut Bart. in l. qui iuriſdictioni, 2. lectur. num. 5.
Baldo & Corſeto de iuriſdict. om. iud. notat Caſſaneus in ca-
talogogloriæ mundi, 4. p. conſid. 32. §. 3. in fine: cum frater fe-
rè alter ſit, Agelius noct. attic. lib. 13. cap. 10. Aliter & in-
dulgeatur Magnatibus & Principibus, l. Divi fratres, 27.
§. fin. D. de pœnis, maximè iis qui pars corporis principalis
ſunt, l. quiſquis, 5. C. ad l. Iul. Maieſt. ibi, Senatorum etiam
nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt, l. ius Senatorum, C. de Di-
gnitatibus, lib. 12. Caſſan. ſupr. 5. par. conſid. 24. num. 65. Eis
enim quos principalis lateris commitatus illuſtrat præci-
puus debet decor haberi, Ergo & ſimili modo aliter eſt ir-
29 roganda pœna Canonicis, atque reliquis clericis, qui †
fratres Epiſcopi cenſentur in d. c. quanto, ſicut & Cardinales
fratres Summi Pontificis in c. fundamenta, §. decet de elect. in
6. ubi notarunt omnes Caſſaneus ſuprà, 4. p. conſid. 32. §. 3.
nec mirum ſic enim ſe habent Epiſcopi & Canonici ſicut
Papa cum Cardinalibus Panorm. in dict. cap. novit. num. 3.
quem ſequitur Moſcon. de maieſt. Eccleſiæ, lib. 1. par. 1. cap.
30 15. Unde & ipſi † Canonici Cardinales appellantur in c.
2. de offic. Archipresb. ibi, Sacerdotum Cardinalium, ut Dua-
renus declarat lib. 1. de benef. cap. 13. ubi Panorm. idem ſi-
gnificare videtur, dum eiuſdem textus authoritate docet & Ho-
ſtien. quod ſicut Cardinales ſaltim ſacris initiati eſſe debent
ſic & Canonici, ſicut hodie initiari compelluntur in Trid. ſeſſ.
24. de reform. in genere cap. 12. & nos latius proſequitur in Ca-
31 nonicali, 1. par. cap. 29. Sunt & Canonici in magno † hono-
re: Staphileus de form. expetat. num. 40. & fol. mihi 42. Un-
de Canonicatus in formam communem non cadunt, cap.
extirpandæ, §. ſi quis verò de præbend. cap. 4. eodem tit. in 6.
notat Rota deciſ. 26. num. 6. eod. tit. in novis. Æquiparantur
32 † Canonici & Dignitatibus, c. ſtatutum de reſcriptis in 6.
docet glo. in ſcho. pen. in c. ſi Canonici de offic. ordin. eod. lib.
33 & nos latius in Canonicali, par. 6. cap. 2. Sunt Canonici † &
collaterales Epiſcopi, ut ex Baldo docet Felin. in Paſtoralis,
num. 12. de offic. deleg. & pars Epiſcopi. Staphileus de form.
expectat. pag. 2. num. 4. faciunt unum corpus cum Epiſcopo
34 ut ſuprà fund. 6. Dicuntur † clerici primi gradus. Innoc.
in c. ſedes de reſcript. Boerius de author. magni conſilii, num.
78. quos ſequitur Menoch. lib. 1. conſ. 52. num. 82. Cucus in-
ſtit. mai. 2. tit. 14. Zechius de rep. Eccleſ. c. 24. nu. 1. Dicuntur
35 & † membra, conſiliarii, coadjutores, fratres, & Senatus
ab Illuſtriſſ. Paleoto in Archiepiſcopali, par. 7. fol. 513. & latè
proſequitur Genuenſis in praxi, c. 85. nu. 10. Et tandem no-
36 men † Canonici potius honorem quàm onus ſignificat. In-
noc. in c. ſedes de reſcrip. quem ſequitur Fabritius in prax.
37 benef. de ſimplicib. nu. 27. Et plures Reges † Canonicorum
albo in Cathedralibus adſcribuntur, ut idem Fabr. ſupr. de
penſio. lib. 3. tit. 12. n. 19. & nos in Canonicali, p. 6. c. 2. Boet. de
regal. 1. p. n. 42. pag. 19. Ergo ſpecialibus debent gaudere pri-
vilegiis in pœnis ii quos ſpecialibus gratiis jus commune
proſequitur.

38 Decimoquartò, hæc aſſiſtentia multis † rationibus con-
venit. Primò convenit, nam quoties Epiſcopus procedit
contra Canonicos de adjunctorum conſilio & aſſenſu om-
nis abeſt ſuſpicio. An odio, an vindictæ ardore pœnam in-
fligat, cauſam examinet & ſententiam ferat? quod Adjun-
ctorum aſſociationem induxit, non ſolum in hoc celebri
Aragonum Regno † ex for. 1. de Adjunctis, cujus auctor 39
eſt Martinus hujus nominis Rex primus, ſed & de jure cō-
muni, ut latè cumulat Mandoſ. de ſignat. iuſtitiæ commiſſ. 8.
§. adiunctum. Et olim † Epiſcopi judicibus ſuſpectis adjun- 40
gebantur, l. apertiſſimè, 14. ubi auth. ſi verò, C. de iudic. notat
Petrus Bertrand. Card. in art. reſponſ. 1. nu. 37. proſequitur
Mandoſ. ſup. & Marcheſ. de iudicum ſuſpitione, p. 2. §. 1. n. 12.
& 37. plures congerit Portol. 1. p. §. Adiunctus, n. 1. Capycius
dec. 137. Aloyſ. in collect. dec. 1399. caſum in quo Canonico ſu-
ſpecto adiungitur Epiſcopus diſputat Gratia. diſcept. 4. p. 1. nu.
17. Et pro hac ſententia eſt textus celebris in l. hac conſultiſſi-
ma, 8. C. qui teſta. fac. poſſ. ubi omnis ſuſpitionis cauſa abeſſe di-
citur multis oculis ſpectata diſpoſitio, tot inſinuata ſenſibus, tot
inſuper in tuto locata manibus, & licet in cauſis civilibus Ad-
junctus ſuſpicionis remotor adiiciatur, maximè tamen in
criminalibus, Staphileus in tr. de ſignatura, cap. 22. nu. 2. Pro
hac ſententia eſt text. inſignis in l. ſi tutor, D. de ſuſpect. tut.
ubi ſi tutor affinis ſuſpectus eſt non removetur, quia eſſet
indignum, ſed curator ei adjungitur. Secundò convenit hoc
adjunctorum remedium, ne prælati criminentur injuſtè,
aut ſubditi Capitulares delinquant inſolenter, ad textum
in c. qualiter 2. de accuſ. De neceſſitate continendi aliquo-
rum Prælatorum licentiâ plus volentium dominari, quàm
paſcere gregem & pro libito, amore vel odio abſolvere, vel
condemnare ſubditos aſſiſtentes, vel obſequentes, inſequē-
tes, vel reſiſtentes, plura conſulta reliquit piiſſimus Navar.
conſ. 3. n. 5. de offic. ord. Tertiò convenit diſpoſitio hujus cap.
6. nā ex illa naſcitur occaſio in prælatis charitatis exercen-
dæ, quæ erga corrigendos ſubditos plus agit quàm poteſtas,
plus benevolentia quàm authoritas, plus exhortatio quàm
comminatio, c. licet in 2. diſt. 45. Trid. ſeſſ. 13. de ref. c. 3. Un-
de & tantum ſermone proverbium apud noſtros emanavit.
Digniore eſſe imitatione, quæ excellentiora ſunt pietate.
Oſaſc. dec. 79. n. 58. & 59. Boſius de tortur. n. 36. quos ſequi-
tur Madius de ſacris ordinibus, c. 36. n. 15. Quartò, convenit
& repetita diſpoſitio, quia judicium hoc integrum præſumi-
tur cum plurimorum ſententiis confirmatur, c. prudentiam,
21. de offic. deleg. Et quod nemo ſui ſolius prudentiæ ſub im-
prudentis pœna inniti debet, c. ne innitaris de conſtit. conſo-
nat illud Auguſtini relatum à Simancas de rep. lib. 7. c. 4. nu.
24. Ne ſis judex unicus, ideſt, ne temere ſolus judicis offi-
cium ſubeas, quaſi ſolus ſufficias & videre poſſis, quod æ-
quum ſit, vel iniquum, nemo enim unus omnia videt. Un-
de & Eccleſiaſticus, c. 4. ſolum deplorat cum etenim lapſus
fuerit non eſt qui erigat eum, ut conſiderat locum iſtum in
materia judicium Bovadilla lib. 3. politicæ c. 15. n. 117. & in-
fra latiſſimè ad ſolutionem, 6. Quintò, & convenit hoc limita-
tum exemptionis genus, ſic appellatum à Sà creato in deciſ.
ſua poſt huius quæſtionis finem imprimenda verſ. non obſtat quod
iſta, ad extinguendas lites, quæ ex libera procedendi facul-
tate Epiſcoporum contra Capitulares exoriantur, ad tradita
in cauſa Legionen. iuriſdictionis in dec. 475. n. 1. apud Seraphi-
num, Caſſad. de privileg. dec. 6. Berall. dec. 62. n. 4. p. 2. Exem-
plum ſit exemptio conceſſa Eccleſiæ celebri ſanctæ Mariæ
Majoris hujus nominis, alio nomine del Pilar, id eſt Priori
& Canonicis à Clem. VII. durante vita D. Joannis ab Ara-
gonia hujus ſedis Cæſaraug. Archiep. cum quo diturnas li-
tes & importunas experiebantur, ut infra q. 12. latius proſe-
quemur. Sextò, & convenit, quia frequenter accidit ut Ca-
pitulares jurgia & lites cum Epiſcopis proſequantur, ſicut
ergo clericis inferioribus exemptio conceditur à juriſdictio-
ne ordinarii cum quo cauſam habent ad tradita per Caſſad.
deciſ. 5. de privil. Cucum inſtit. maior. 2. tit. 6. num. 24. Man-
doſ. de ſignatur. gratiæ tit. de exempt. ab Epiſcopo, §. Clerici,
Quid mirum ſi Capitularibus propter diturnas lites Epiſco-
pis in feſtis hoc limitatum exemptionis genus concedatur?
Septimò, † & convenit Adjunctorum remedium ad 41
Apoſtolicæ fidei authoritatem, & majectatem conſer-
vandam, ut conſiderat Ricardus Hallo Canonicus de
quinque partita conſcientia in præfationa ad Archiepiſcopum
Cameracen. cuius verba ſunt. Verbulum unum hic atque al-
terum inſerere volui de exemptionibus, quas ego olim ju-
venis novitio quodam ſpiritu ductus, omnes in univerſum
tollen-

tollendas eſſe cenſui: nunc autem re melius, ac accuratius
perpenſa non ut Licurgus apud Lacedæmones vites eſſe
abolendas, ſic exemptiones iſtas tollendas eſſe judico, ſed
cum Salone apud Athenienſes qui juſſit vitem colere, &
fontem adducere proprius, exemptiones ſuo loco atque
ordine eſſe volo. Ut autem melius ſentirem de iſtis exem-
ptionibus, movit me in primis duorum Capitulorum illu-
ſtrium Collonienſis in Germania, & Bellovacenſis in Fran-
cia contra ſuos Epiſcopos, Hermannum Collonien. & Car-
dinalem Caſtellioneum Bellovacen. hæreticos ambos, con-
ſtantia & fides, quibus in ſuas eccleſias novam doctrinam
introducere mollientibus tam egregiè reſtiterunt in fa-
ciem, ut niſi illa cum eſſent magna ex parte libera à juriſdi-
ctione Epiſcopi, fortiter ſe eis oppoſuiſſent, Catholica fi-
des in his locis jam nulla eſſet. Hactenus ille. Hoc ipſum
42 † & Clemens Papa VIII. prudentia & pietate mirificè inſi-
gnitus ſatis conſideratione dignum judicavit, is enim in
reductione hujus ſedis Cæſarauguſtanæ à regulari in ſæcu-
larem in Bulla, quæ finem hujus quæſtionis ſubſequetur,
Idibus Julii Anno CIↃ.IↃCIIII. n. 76. Adjunctorum
decretum in hoc c. 6. Tridentini promulgatum in prædicta
ſede circa puniendos Capitularium exceſſus obſervari vo-
luit, etiam ſi Archiepiſcopus in prædictas perſonas majo-
rem habuiſſet & omnimodam juriſdictionem. Omnimoda
43 † juriſdictio, vel libera, vel pleniſſima, quod ſit ea, quæ
à ſolius exercentis facultate procedat, colligitur ex glo. verb.
omnimodam in clem. 1. de foro comp. Rota dec. 196. num. 1. p.
2. diverſ. Seraph. deciſ. 615. num. 1. Martha de iuriſd. 1. par.
cap. 8. num. 6. Et licet in Eccleſiis regularibus Archiepiſco-
pus qui eſt loco Abbatis liberè juriſdictionem exerceat in
Canonicos exceptis caſibus regularia inſtituta concernen-
tibus, ut inf. q. 12. nihilominus Clemens juriſdictionem
Archiepiſcopalem limitatam in ſæculares eſſe voluit. Et
44 magnam † Archiepiſcopis irrogatam eſſe injuriam præ-
tendente, D. D. Thoma à Borgia primo Eccleſiæ ſæcularis
Archiepiſcopo, R. D. Sacratus Clementis indulgentiam
ſua Sententia confirmavit die 5. Februarii, anno 1609.
cujus copiam refert Marcheſan. de commiſſionibus nullitatum,
deciſ. 1. tom. 3. pag. 152. Octavò, & convenit pro libertate
quæ conſiliariis eſt neceſſaria in conſilio petentibus Epiſco-
pis erogando, ſtultus eſt enim qui in eo ſe primum exiſti-
mat: ut bona quæ viderit diſcere contemnat. c. de Conſtan-
tinopolitana diſt. 22. De hac aſſerendi, ſeu conſulendi facul-
tate multa ſcripſit Lucas de Pen. in l. omnes, §. omnes col. 8.
C. decurio illuſt. Paleot. de ſacr. conſ. par. 5. qu. 1. aliàs qu. 38.
Dñs Seſſe 2. p. deciſ. in Epiſt. reg. n. 67. Alias rationes cumu-
lat Baldus de Periglis de exempt. §. 1. numer. 6. & §. 2. per
totum.

Decimoquintò. Hæc aſſiſtentia confirmatur per argu-
45 mentum ab abſurdo † quod in jure uſitatiſſimum eſt, l. nam
abſurdum de bonis libert. c. ſolitæ de maior. & obedien. c. quem-
admodum de iur. iur. progreditur Covar. 2. var. cap. 4. n. 12.
46 & in primis illud ſequeretur † nam ſi libera eſſet Prælatis
facultas procedendi contra Capitulares, non libera ma-
neret Capitularibus conſulendi facultas, vel favore al-
lectis, vel timore perterritis, contra illud quod Hyſocrates
in rapſodia, c. 18. conſuluit his verbis. Permitte pruden-
tibus liberè loquendi facultatem, ut ſi quid extiterit de
quo ambigas habeas cum quibus expedire poſſis & ne ti-
meant ob id tuam gratiam, favorem & benevolentiam,
& in Trid. Seſſ. 13. de reform. cap. 6. prohibetur ne Epi-
ſcopi ut perſonaliter compareant, citentur, ne vexationis
timor Segniorem reddat eum qui aliquid eſt facturus. Hoc
ipſum ſignificavit Iſidorus relatus in c. 1. 15. q. 7. ibi, nullus
noſtrum ſine conſilii examine quemlibet presbyterum, vel
diaconum dejiciendum putet, nam multi ſunt qui in diſcuſ-
ſos poteſtate tyrannica, non auctoritate canonica damnant
& ſicut nonnullos gratia favoris ſublimant, ita quoſdam
invidia odioque humiliant.

47 Neque obſtant dubitandi rationes † non prima ex c. 3. de
conſuet. in 6. cui ſatis fit ex adductis in 1. & 4. hujus partis
fundamento, ſed ſpecialius reſpondeo, Primò, quod in d. c.
3. dum cavetur eſſe neceſſariam conſuetudinem & præſcri-
ptam, ut Epiſcopus in corrigendis exceſſibus ſuorum ſub-
ditorum ſui conſilium Capituli requirere nōn teneatur ma-
nifeſto præſupponere contrarium diſpoſitum eſſe in jure.
Nam ubi requiritur † præſcriptio conſuetudinis eſt neceſſa- 48
rium quadragenarii temporis ſpatium glo. verb. legitime c.
fin. de conſuet. in antiq. quam ſequuntur DD. quod ſi eſſet
ſecundum jus decennarium tempus ſufficeret, ut pondera-
vimus ſupra fundam. 7. Deinde reſpondeo † ſpecialius, 49
quod cum requiratur conſilium Capituli in re ardua, qua-
lis eſt Capitularium punitio ad dicta ſupr. fundam. 4. Con-
ſilium accipitur pro conſenſu, Imola in cap. novit, de his quæ
fiunt à Prælatis, num. 8. verſ. adverte tamen. Nec eſt novum
ut conſilium in jure accipiatur pro conſenſu, nam hoc probat
tex. in cap. venerabili, 37. ubi glo. verſ. conſilio de offic. deleg.
c. cum in veteri, cap. ne pro defectu de elect. l. impuberibus, D.
de ſuſpect. tutor. notat Barth. in l. 1. §. ſi plures de exercit. act.
Pro hac ſententia pondero tex. in cap. Archiepeſcopus, 9. q.
3. Ad cujus tex. intelligentiam † animadverto, quod ibi 50
conſilium accipitur pro conſenſu. Ut declarat glo. in caſus
poſitione in c. ſi autem eadem cauſa & quæſtione, & quod in
emendatioribus codicibus non reperitur conſenſus, ſed
conſilium, ſicut reperitur in antiquis loco conſilii dictio
conſenſus.

Non obſtat ſecunda ex c. 1. de offic. † ord. quia reſpon- 51
det Felin. dictionem illam, liberam, non excludere con-
ſenſum Capituli in aliis conſtitutionibus requiſitum, ſed
† operari excluſionem conſenſus aliarum perſonarum. 52
Exemplum ſumi poteſt, ex c. ſi quis cum clerico, 11. q. 1. ibi
nullam communionem cum aliis judicibus, & in cap. de-
mum de Capellis monachorum, ibi, ſolius Epiſcopi, quæ
dictio excludit conſenſum religioſorum non capituli, ut &
gloſ. ibi Scol. ult. adnotavit.

Non obſtat tertia † ex c. ſi quid vero, 86. diſt. quia verius 53
eſt præſentiam accipi pro conſenſu, ut & Puteus notavit,
lib. 1. deciſ. 209. num. 4. licèt ſecundum caſus occurentiam
præſentia modò conſilium, modò conſenſum amplecta-
tur, ad tradita per Felin. in c. non poteſt, num. 7. de re iud. &
ſupra ad ſolut. 1. & modò ſcientiam, ut Rip. de noc. temp.
cap. 65.

Noc obſtat quarta, cui fit ſatis ex traditis ſupra in funda-
men. 9. quæ deſervient ad majorem declarationem tex. in
c. de exceſſ. Prælatorum. † 54

Non obſtat quinta ex c. novit † de his quæ fiunt à Prælat. 55
cui ſatisfit ex adductis in 6. fundamento noſtræ opinio-
nis.

Non obſtat ſexta ſcilicet Epiſcopum non indigere his
adjutoribus ſive adjunctis propter præeminentiæ ratio-
nem ibi conſideratam, quia reſpondeo præmittendo † Ca- 56
pitulum ſenatum Eccleſiæ propterea dici in c. Eccleſia, 16.
q. 1. & in Trid. Seſſ. 24. de refor. cap. 12. §. veſtitu facit tex.
in l. non ambigitur, D. de leg. & quæ tradunt Archi. c. cum
conſtitueret. 50. diſt. in fine, Jacobat. de concil. artic. 12. p.
38. nam ſicut Senatus conſulebatur legis ſanciendæ cauſa,
§. Senatus conſultum inſtit. de iure natural. gent. &c. ſic & ca-
pitulum propter eandem & quamlibet arduam cauſam de-
bet conſuli, quam rationem arrectis auribus apertè colliges ex
glo. ſcol. ultim. in d. c. Eccleſia, & ex graviſſimo Paleoto de
ſacri conſiſtorii conſult. q. 3. art. 2. in prin. Duareno de benef.
lib. 1. cap. 18. Rurſus & hinc colligitur non immerito Ca-
nonicos Cardinalibus æquiparari ad dicta ſupr. n. 20. quia
& Cardinales Senatoribus appropriari multis confirmat
Boer. de auctor. magni conſil. numer. 184. & quo Epiſcopus † 57
plus videt plus ſibi diffidit, maximè cūm ſcriptum ſit, Pro-
verb. cap. 14. Sapiens timet, & declinat: & c. 3. Ne innita-
ris prudentiæ, & eo magis appetit auſcultari aliorum ſer-
monem, juxta illud Proverb. c. 1. Audiens ſapiens, ſapien-
tior erit: & Eccleſiaſtici c. 6. Si attenderis mihi, diſces: & ſi
dilexeris audire, ſapiens eris. Unde Bernardus lib. 2. de con-
ſider. ad Eugenium; Omnis ſenſus illis diſceſſit, qui ſibi ni-
hil deeſſe putant: & ſanctus Auguſtinus de civit. Dei lib.
14. cap. 13. ubi dixiſti, Meus ſenſus ſufficit mihi, ibi defe-
ciſti; ubi tuo conſilio paruiſti, ibi periiſti. Ideò Epiſcopos † 58
qui alias, cæteris de clero cognitione præſtare præſumun-
tur canones adegerunt ut cum Capitulo res communica-
rent, ut toto tit. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſ. quia ibi ſa-
lus

& terminis, necnon ſub cenſuris, & pœnis in hujuſmodi
reſervationibus præſcriptis, faciendam omninò teneantur,
56 ac ad id cogi & compelli poſſint. † Liceat tamen eis, ratam
partem, dictam menſam capitularem ratione quantitatis, &
valoris annui bonorum, & proprietatum à Dignitatibus
hujuſmodi ſic ſeparatorum, & diſmembratorum ac eidem
menſæ applicatorum, appropriatorum à prædictis Capitu-
lo repetere; ipſiq; Capitulum ad ſolutionem ratæ partis hu-
juſmodi ſibi faciendam etiam teneantur. Quodq; deductis
57 prius, & ſupportatis oneribus prædictis: † Necnon detracta
annuatim rata parte pecuniarum, quæ pro juribus Cameræ
Apoſtolicæ ratione proprietatum & bonorum pręfatę men-
ſæ Capitulari, ut præfertur applicatorum, & approriatorum
pro tempore debitis, ſingulis quindenniis, juxta obligatio-
nem deſuper factam ſolvendis, judicio capituli præfatorum
58 neceſſaria fuerit: † omnes Canonici præfati de fructibus
dictæ menſæ capitularis, æquis portionibus, & indifferen-
ter; (ſine tamen dicti Gabrielis, ac Portionariorum & alio-
rum de portionibus menſtruis, menſatis nuncupatis prædi-
ctis, necnon aliis fructibus, ad eamdem menſam hactenus
ſpectantibus, & pertinentibus participantium. Necnon in-
fraſcriptæ maſſæ communis diſtributionum manualium
59 præjudicio) participent. † Poſtquam verò omnes, & ſingu-
læ applicationes, & appropriationes præfatæ, ſuum integrũ
effectum ſortitæ fuerint; nec antea ex tunc officio ſanctiſſi-
mæ Inquiſitionis, hæreticæ pravitatis in dicta civitate inſti-
tuto, quingenta ſcuta, dumtaxat (decem regalibus pro quo-
libet ſcuto hujuſmodi computatis) ex fructibus, redditibus,
& proventibus dictæ menſæ Capitularis, loco Canonicalis
Portionis, ſeu Præbendæ quæ prætendi poſſet in vim indul-
ti Apoſtolici, ſuper unione unius ex Præbendis ſingularum
Eccleſiarum Cathedralium Regnorum Hiſpaniarum ad fa-
vorem & commodum officiorum ejuſdem Inquiſitionis,
in dictis Regnis inſtitutorum, ut aſſeritur conceſſi, annua-
tim perſolvi; ac Inquiſitores & miniſtri pro tempore exi-
ſtentes, Officii Inquiſitionis hujuſmodi, dictis ſcutis quin-
gentis annuis, omninò contenti eſſe, nec quicquam ultra
60 quovis prætextu petere, vel prætendere debeant. † In-
ſuper, quod ex nunc perpetuis futuris temporibus, Digni-
tas major poſt Pontificalem, videlicet Prioratus, non
amplius Prioratus, ſed Decanatus & Eleemoſynaria verò,
Scholaſtria, ac illos nunc & pro tempore obtinentes De-
61 canus & Scholaſticus dictæ Eccleſiæ reſpectivè. † Necnon
cùm primum ſuppreſſioni dictæ Capellaniæ de la Infan-
ta, locus factus fuerit, ut præfertur, ex tunc, antiquor
& primus Canonicorum prædictorum Canonicus Capella-
nus de la Infanta denominari, & nuncupari debeant; ipſe-
que Canonicus Capellanus de la Infanta nuncupandus,
onus celebrationis ducentarum Miſſarum, prædictæ Ca-
62 pellaniæ de la Infanta incumbens, in ſe ſuſcipere: † Ca-
pitulum verò prædicti; illi ratione celebrationis Miſſarum
hujuſmodi, octuaginta ſcuta monetæ, ad rationem de-
cem regalium pro quolibet ſcuto hujuſmodi, ſingulis annis
63 in perpetuum ſolvere teneantur, & obligati exiſtant. †
Necnon ultra ſupra dictas Dignitates, tam Scholaſtria,
quàm Archipresbyteratus Cæſarauguſtan. de Daroca & de
Belchite hujuſmodi, etiam ſint & eſſe cenſeantur inibi Di-
64 gnitates cum honoribus, & inſigniis conſuetis. † Ita ut illa
nunc & pro tempore obtinentes, apud Eccleſiam Cæſarau-
guſtan. perſonaliter reſidere, ac horis Canonicis diurnis
pariter, & nocturnis ibidem intereſſe, ac aliàs in divinis di-
ctæ Eccleſiæ deſervire teneantur, ad inſtar aliarum digni-
65 tatum ejuſdem Eccleſiæ Cæſarauguſtan. † Domus autem,
ædes & habitationes, tam Canonicales, quàm ad Came-
rariam Operariam, & Charitateriam ſuppreſſas hujuſ-
modi pertinentes, modernis Camerario, Operario, &
Charitaterio ejuſdem Eccleſiæ ut præfertur cedentibus vel
decedentibus, & ea quæ olim erat dictæ ſuppreſſæ in-
firmariæ, inter dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtan. perſonas
Capitulares tantum, Domos proprias, ratione dignitatuum
ac Canonicatuum, & Præbendarum per eos idem pro
tempore obtentorum non habentes, ſecundùm eorum
receptionis ordinem, longioriſque ſervitii meritum prout
à prædictis Capitulo deſuper ordinatum fuerit diſtribuit:

† Et illa quæ dicto Gabrieli obveniat, ſeu quam ad præ- 66
ſens inhabitat, retineri, & quandiu vixerit impenſis fa-
bricæ dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtan. reſtaurari debeat, † 67
Quodque omnia & ſingula legata, eleemoſynæ, oblatio-
nes obventiones, & emolumentas, quæ deinceps pro
Miſſis, Anniverſariis, funeralibus obitibus, proceſſioni-
bus, cæteriſque divinis, vel piis officiis in dicta Eccleſia
Cæſarauguſtan. celebrandis, recitandis, peragendis, &
exercendis fieri contigerit, ſingulis ejuſdem Eccleſiæ Cæ-
ſarauguſtan. perſonis, illis intereſſentibus, pro ſua cujuſ-
que rata parte, † juxta ordinem ſimiliter ab eiſdem Ar- 68
chiepiſcopo, & Capitulo deſuper facienda, communia
ſint; & obtinentes dignitates vel Canonici, ſeu Portiona-
rii, aut Beneficiati prædicti; eorum quicquam ſeparatim,
vel diviſim habere ſeu percipere nequeant. † Ad hæc 69
tam decanatum, quàm alias dignitates hujuſmodi nunc &
pro tempore obtinentes, de gremio Capituli hujuſmodi
ſint, & eſſe cenſeantur, ac ibidem vocem activam, &
paſſivam habere, Miſſaſque in majori, & quibuſcumque
aliis altaribus dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtan. celebrare li-
berè & licitè valeant. † Inter Decanum autem & alios in 70
dignitatibus conſtitutos, necnon Canonicos, Portiona-
rios & Beneficiatos ipſius Eccleſiæ Cæſarauguſtan. ſimiliter
nunc, & pro tempore exiſtentes, infraſcriptus ordo ſer-
vetur. Videlicet ut Decanus in primo & digniori ſtallo,
ac loco poſt Archiepiſcopum deinde Cæſarauguſtan. de
de Daroca, del Belchite & de Aliaga Archidiaconi, mox-
que Cantor, Camerarius, Theſaurarius Scholaſticus, ac
Archipresbyteri Cæſarauguſtan. de Daroca, & de Belchi-
te poſtmodum Gabriel, & ſucceſſivè alii Canonici, &
poſt eos, Operarius, Charitaterius, & Fabricerius. De-
mum Portionarii & Beneficiati, habita temporis ſuæ ejuſ-
que receptionis, & admiſſionis, non autem ſacri ordinis,
aut gradus, ſeu alicujus extra ipſam Eccleſiam Cæſarau-
guſtan. Dignitatis, ſeu perſonatus ratione ſedere, & in-
cedere. Poſt ceſſum autem, vel deceſſum modernorum
poſſeſſorum Camerariæ, Operariæ, Charitateriæ, & Fa-
briceriæ præfatarum alii immediatè ſequentes in eorum
ſtallis & locis ſuccedere, & gradatim aſcendere. Dictuſ-
que † Decanus, nunc & pro tempore exiſtens, caput ca- 71
pituli hujuſmodi eſſe, ibidemque præſidere, ac in Choro,
Capitulo, proceſſionibus, & aliis actibus publicis, &
privatis ejuſdem Eccleſiæ Cæſarauguſtan. † Ac etiam in 72
Comitiis generalibus & officiis publicis dicti Regni, ac
aliàs ubique locorum, eandem præeminentiam, autho-
ritatem, & ſuperioritatem & prærogativam, quæ ipſius
Eccleſiæ, Prioribus, qui pro tempore fuerunt, tam intus
quàm extra ipſam Eccleſiam Cæſarauguſtan. hactenus
competit in omnibus, & per omnia, abſque ulla prorſus
differentia habere, † Nec non in ipſius Decani abſentia, 73
Cæſarauguſtan. ipſo autem etiam abſente, de Daroca Ar-
chidiaconi, & ſic alii in Dignitatibus conſtituti gradatim,
ordine prænarrato, & illis ſimiliter abſentibus, antiquior
dictorum Canonicorum ibidem præſentium, loco ejuſdem
Decani præſidere; & ſimiliter prærogativam, authorita-
tem, & ſuperioritatem, quàm idem Decanus haberet ſi
inibi præſens eſſet, habere. † Et tam Decanatum, aliaſ- 74
que Dignitates & officia, quàm Canonicatus, & Præben-
das hujuſmodi pro tempore obtinentes, in Choro, Capi-
tulo, Proceſſionibus & aliis actibus prædictis, Hiemali,
videlicet Cappas nigras cum Cappuciis pellibus Armellinis
intrinſecus ſuffultis: ac Rochettis manicas ſtrictas haben-
tibus: Æſtivo autem temporibus, Rochetta ſimilia et
Serico rubeo in oris internis ornata, nec non ſuperpelli-
cea, ſeu cottas, cum manicis oblongis deferre; illiſque
uti. † Et tam ipſi quàm Capitulum, Portionarii & Bene- 75
ficiati prædicti, omnimodæ viſitationi, correctioni, ju-
riſdictioni & ſuperioritati ipſius Archiepiſcopi pro tempo-
re exiſtentis; ſubeſſe & ſubjacere debeant. † Ipſe tamen 76
Archiepiſcopus, ſuper quibuſcumque criminibus, exceſ-
ſibus & delictis, perſonarum Capitularium ejuſdem Ec-
cleſiæ Cæſarauguſtan. non niſi adiunctis ſibi duobus de
gremio Capituli huiuſmodi exiſtentibus & ab eiſdem Ca-
pitulo dumtaxat, quoties opus fuerit nominandis, ac aliàs

iuxta

juxta formam Concilii Tridentini in capitulo ſexto, Seſſio-
ne vigeſimaquinta, traditam etiam ſi forſan ipſe Archiepi-
ſcopus antea, in dictas perſonas Capitulares, majorem &
omnimodam haberet iuriſdictionem, procedere poſſit, &
77 & debeat. † Quodque Dignitates, & officia prædicta cum
ipſius Eccleſiæ Cæſaraug. Canonicatibus & Præbendis, ac
Portionibus, omnino incompatibilia exiſtant, & inſimul
78 per unum obtineri nequeant. † Ut autem Decanus, & alii
in Dignitatibus conſtituti, ac Canonici prædicti, ad perſo-
naliter apud dictam Eccleſiam Cæſaraug. reſidendum, il-
liſque in divinis inſerviendum, promptius & aſſiduè invi-
tentur: idem Archiepiſcopus tamquam dictæ Sedis Dele-
gatus, cum Conſilio Capituli hujuſmodi, facta præſentium
in illis partibus publicatione (nullo alio deſuper à nobis,
vel dicta Sede expectato mandato) unam maſſam commu-
nem diſtributionum quotidianarum manualium nuncu-
pandarum, inter Dignitates obtinentes, ac Canonicos præ-
ſentes reſidentes, necnon Miſſis, Horis Canonicis & aliis
tam diurnis, quàm nocturnis officiis divinis, necnon Pro-
ceſſionibus & actibus prædictis intereſſentes: æquis portio-
nibus dividendarum, & repartiendarum; quæ tales ſint, ut
non facilè negligantur; ac abſentium & non intereſſen-
tium portiones, aliis præſentibus & intereſſentibus, propor-
tionabiliter, ut præfertur accreſcere debeant, ex menſæ Ca-
pitularis, & ſeu maſſæ communis Canonicorum huiuſmodi
fructibus, iuxta diſpoſitionem decretorum dicti Concilii
Tridentini: habita temporum ſervitiorum & fructuum
79 etiam excreſcentium ratione conſtituere, & ſtabilire. †
Necnon Canonicatus & Præbendas, quibuſquiſque ordo,
80 ex ſacris annexus eſſe debeat diſtinguere procuret. † Præ-
terea ut dictæ menſæ Capitularis indemnitati circa exactio-
nem & recuperationem menſtruarum, Portionum conſu-
latur: Quod de cætero omnes & ſinguli, qui dignitates, &
officia, quibus onus ſolutionis & præſtationis menſtrua-
rum portionum incumbit, pro tempore obtinentes, illarum
loco mille ducatos auri de Camera in ſingulis menſibus eos
reſpectivè tangentibus, prædictæ menſæ Capitulari, omni
mora, & exceptione ceſſantibus realiter, & cum effectu per-
ſolvere omnino teneantur: & ad id per ſequeſtrationem,
& ſubtractionem fructuum, redditaum, & proventuum
bonorum hujuſmodi, ac aliàs quibuſvis iuris, & facti reme-
diis, etiam executivè procedendo: cogi & compelli poſſint;
Nec ſuper his etiam prætextu diſmembrationum, ſepara-
tionum, applicationum & appropriationum, ut prædicitur
81 factarum excuſari poſſint. † Quodque modernus Decanus
82 eiuſque ſucceſſores ex nunc, † loco autem ſeparationi &
diſmembrationi proprietatum & bonorum, à Cæſaraugu-
ſtan. de Daroca & de Belchite Archidiaconatus, ac Theſau-
raria huiuſmodi facto futuri in illis ſucceſſores reſpectivè,
83 ex tunc † aliàs verò dignitates pro tempore obtinentes,
poſtquam omnes & ſingulæ ſuppreſſiones, diſmembratio-
nes, applicationes & appropriationes factæ prædictæ inte-
grum effectum ſortitę fuerint, nec antea de diſtributionibus
quotidianis manualibus prædictis, necnon portione panis
dumtaxat, ad inſtar ſingulorum Canonicorum prædictorũ
(non autem veſtuario, vel groſſis fructibus d. menſę Capitu-
laris ſeu maſſæ communis, inter ſolos Canonicos huiuſmo-
di diſtribuendis. Neque etiam de dictis menſtruis portio-
84 nibus) participare poſſint, & debeant; † Interim tamen eo-
rum ſingulis, ſi ibidem perſonaliter reſederint, portio qua-
tuor panum coquetarum nuncupatarum quotidie diſtri-
85 buatur, † Capitulum autem prædicti, dictas menſtruas
portiones eiſdem Canonicis, Portionariis, & aliis miniſtris,
& perſonis, de illis participantibus, pro ſua cuiuſque rata
parte, ut moris eſt præſtare & ſubminiſtrare etiam tenean-
86 tur, ac ad id obligati cenſeantur, † Illi autem ex Canonicis
& Portionariis prædictis qui à dicta Eccleſia Cæſaraug. &
illius ſervitio, quoad Portionarios videlicet, ultra unius,
quo verò ad Canonicos, ultra trium menſium ſpatium hu-
iuſmodi (ceſſante infirmitatis aut alio legitimo impedimen-
to à prædictis, Capitulo approbando) ſe abſentaverint, tam
de adminiſtrationibus etiam manualibus, & quotidianis
quàm menſtruis, portionibus, veſtuario, fructibus, redditi-
bus, & proventibus etiam groſſis, aliiſque iuribus, obven-
tionibus & emolumentis maſſæ communis ipſorum Cano-

nicorum & Portionariorum, participarè nequeant, † ſed 87
eorum ſic abſentium portiones, aliis Canonicis, & Portio-
nariis præſentibus, & divinis officiis intereſſentibus, reſpe-
ctivè accreſcant; † Quodque ex vigintiquatuor Canonicati- 88
bus, & præbendis prædicti, unus & una Magiſtralis, pro uno
magiſtro in Theologia, ac alius, & alia Doctoralis, pro uno
utriuſque, vel alterius iurium Doctore, ſeu Licentiato; nec-
non alius & alia Pœnitentialis, pro uno Pęnitentiario: aliuſ-
que & alia Lectoralis nuncupandi, pro uno ſacræ ſcripturæ
lectore, iuxta formam Conc. Trid. prædicti qualificatis, qui
omnes in dicta Eccleſia, † Magiſter in Theologia, (videli- 89
cet) & Quadrageſimæ, ac aliis annis temporibus, quibus id
ſibi à prædictis Capitulo ordinatum fuerit, verbum Dei prę-
dicare, † Doctor verò Conſilium & operam, in ipſius Eccle- 90
ſiæ negotiis peragendis, & dirigendis, ac cauſis & iuribus
tuendis & defendendis, quando & quoties à prædictis Ca-
pitulo requiſitus fuerit, gratis fideliter præſtare, † Pęniten- 91
tiarius verò, Chriſti fidelium confeſſiones audire, eiſque pę-
nitentias ſalutares iniungere; † Lector autem ſacram ſcri- 92
pturam, iuxta dicti concilii formam, legere, et interpreta-
ri; et unuſquiſque ipſorum, ea quæ ad officium ſuum iuxta
eiuſdem Conc. Trid. diſpoſitionem, ſpectant, et pertinent
facere, et adimplere teneantur, perpetuo affecti exiſtant.
Quodq; collatio, proviſio, et omninoda diſpoſitio omnium
et ſingulorum dignitatum (excepta maiori poſt Pontifica-
lem,) † De qua quotieſcumque, ubicumque, et qualiter- 93
cumque illam vacare contigerit per Romanum pōtificem,
et Sedem Apoſtolicam tantum diſponi poſſit et debeat, † 94
Ac Canonicatuum, et Præbendarum dictæ Eccleſiæ Cæſa-
raug. occurrente deinceps illorum vacatione, extra Roma-
nam Curiam, in Martii et Septembris, ad Capitulum cum
Archiepiſcopo pro tempore exiſtente ſi Capitulo huiuſmo-
di interfuerit, † Ita tamen ut ipſe Archiepiſcopus in hu- 95
iuſmodi et quibuſvis aliis actibus capitularibus, unā dum-
taxat vocem, prout cuilibet dictorum Canonicorum eiuſq;
ſuffragium non plus iuris, vel momenti, quàm unus cuiuſ-
que eorumdem Canonicorum habeat niſi vocum paritate 96
occurrente. Quo caſu iteratum eiuſdem Archiepiſcopi ſuf-
fragium paritatem vocum huiuſmodi dirimat, et pars cui
adhærebit maior cenſeatur. † In Junii verò et Decembris 97
menſibus ad ipſum Archiepiſcopum inſolidum; † Dummo- 98
do aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, vel ex generali
reſervatione affecta non fuerint; & cum hoc quod de illis
ſic vacantibus nec diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatis, ſeu af-
fectis perſonis idoneis, juxta ſacrorum Canonum & Tri-
dentini, ac aliorum conciliorum generalium diſpoſitionem,
providere teneantur, pertineat, † Neque in collationibus, 99
proviſionibus, & aliis diſpoſitionibus, dignitatum, ac Cano-
nicatuum & Præbendarum hujuſmodi, quotieſcumque &
quandocumque illa in reliquis octo videlicet, Januarii, Feb.
Aprilis, Maii, Julii, Auguſti, Octobris, & Novembris men-
ſibus vacare contigerit, vel aliàs dictæ Sedi Apoſtolicæ re-
ſervati, ſeu affecti fuerint quocunque modo, etiam prætex-
tu cujuſcumque gratiæ alternativæ menſium, tam moder-
no quàm pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo prædicto,
per nos & quoſcumque alios Romanos Pontifices ſucceſſo-
res noſtros conceſſæ & concedendæ nullatenus ſe intromit-
tere poſſint, ſed dignitates, & Canonicatus, ac Præbendæ
hujuſmodi in ultimo dictis octo menſibus pro tempore va-
cantes, ſint & eſſe cenſeantur noſtræ & dictæ Sedis diſpo-
ſitioni perpetuo reſervati. Ac de illis per eamdem Sedem
dumtaxat diſponi poſſit, & debeat, † (Salvo tamen jurę 100
patronatus prædicto Philippo Regi in dicto Archidiacona-
tu de Aliaga ex privilegio Apoſtolico vel aliàs legitimè
competente. Circa quod, ac etiam portionum, & alio-
rum beneficiorum Eccleſiaſticorum dictæ Eccleſiæ Cæſa-
rauguſt. collationem fructus, & qualitates, nihil inno-
vare intendimus, † Et exceptis Canonicatibus, & Præ- 101
bendis Magiſtalibus, & Doctoralibus nec non Pœniten-
tialibus, & Lectoralibus nuncupatis, de quibus extra
Curiam prædictam in quibuſcumqe menſibus ordinariis
vel Apoſtolicis prædictis, pro tempore vacantibus, per
Archiepiſcopum ſi præſens in Capitulo fuerit, ut præ-
fertur, & Capitulum prædictos, perſonis ut præfer-
tur qualificatis, per eos in concuſu deſuper faciendo

pro-

viciſſim in Menſibus, ad id, eorum cuilibet præſcriptus,
certas, Panis, Vini, Carnium, Cibariorum, & Eſculen-
torum portiones, menſtruas, Meſatas, nuncupatas, ac
etiam Veſtitum Canonicis Regularibus & portionatiis
prædictis, ac nonnullis aliis ejuſdem Eccleſiæ Miniſtris &
perſonis, pro ſuis alimentis præſtare & ſubminiſtrare te-
nerentur; ac ſub certis aliis pactis conditionibus & oneri-
14 bus tunc expreſſis) conceſſa & elargita fuerunt. † Cùm au-
tem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat temporis progreſ-
ſu, fructus, redditus & proventus, earumdem Dignita-
tum, benedicente Domino, ita excreverunt, ut etiam de-
ductis & ſolutis dictis menſtruis portionibus: Bis mille &
trecenti Prioratui: Bis mille & ſeptingenti Cæſaraugu-
ſtan. ac etiam bis mille de Daroca; & ter mille de Belchi-
te Archidiaconatibus; nec non mille & ſexcenti Theſaura-
riæ: & octingenti ducati auri de Camera Eleemoſynariæ
præfatis: illorumque poſſeſſoribus, annuatim remaneant:
15 † Et loco dicti Archidiaconatus Terulen̄, Apoſtolica aucto-
ritate ſuppreſſi, alius Archidiaconatus de Aliaga, ibidem
inſtitutus reperiatur, ſingulorum autem Archipresbytera-
tuum, Cantoriæ, & Archidiaconatus de Aliaga, ac illis
forſan annexorum fructus, ſeptingentorum ducatorum
ſimilium ſecundùm communem æſtimationem valorem
16 annuum non excedant, † & à multis annis tam Dignita-
tes quàm Officia hujuſmodi, ſaltem pro majori eorum
parte Clericis ſæcularibus ad eorum vitam commendari
17 cœperint: † & in ipſa Eccleſia vix aliqua regularis obſer-
18 vantiæ diſciplina vigeat: † & exceptis duobus dumtaxat
regularibus perſonis (videlicet) dilectis filiis Gabriele So-
ra Canonico, ac Hieronymo Gamir Operario dictæ Eccle-
ſiæ, cæteri omnes, Dignitatum, Officiorum, & Benefi-
ciorum tam regularium, quàm ſæcularium præfatorum,
moderni poſſeſſores clerici, ſeu Presbyteri ſæculares exi-
19 ſtant: & conſequenter difficilè ſit regularibus præfatis, †
qui in domibus privatis inſtar Canonicorum ſæcularium
habitare, fructuſque redditus & proventus, bonorum &
beneficiorum ſuorum in proprios uſus convertere, & præ-
ter Rochettum ſtrictum, ſeu cingulum album ſuper veſte
talari, nullum habitum regularem deferre conſueverunt,
ut cum tot præfatis & aliis ad dictam Eccleſiam devotionis
cauſa cōfluentibus perſonis ſæcularibus, aſſiduè converſan-
do, vitam regularibus inſtitutis ordinis conformem duce-
re poterunt: † nec facile inveniantur viri, nobilitate do-
ctrina, & meritis pollentes, qui ordinem ipſum inibi pro-
fiteri, ac ſe ad illius regularem obſervantiam adſtringere
21 velint † & propterea magis expediat, ut Eccleſia prædicta,
22 † quæ totius Regni Aragonum Metropolis, & de Jure Pa-
23 tronatus dicti † Philippi Regis, ex privilegio Apoſtolico,
cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, fore dignoſci-
tur, ac quicquid in ea regulare exiſtit, ad ſtatum ſæcula-
rem reducatur, competenſque Canonicorum ſæcularium
numerus ibidem inſtituatur, ac alia infraſcripta fiant & or-
24 dinentur. Quare idem Philippus Rex, aſſerens, Camera-
riæ ſex mille (comprehenſis duabus illorum partibus aliàs
à piæ memoriæ Gregorio Papa XIV. etiam prædeceſſore
25 noſtro, pro erectione, † & dote ſex Canonicatuum & Præ-
bendarum in ipſa Eccleſia Cæſarauguſtan. ultra ſolitum,
ſeu tunc exiſtentem illius Canonicorum regularium nume-
26 rus, diſmembratis & nondum executioni demandatis,) †
27 Operariæ verò ſexcentorum, † & Charitateriæ mille &
28 centum † atque Fabriceriæ ducentorum quinquaginta: †
29 necnon Capellaniæ de la Infanta præfatarum & illis forſan
annexorum reſpectivè trecentorum ducatorum auri pa-
rium fructus, redditus, & proventus ſecundùm commu-
nem æſtimationem valorem annuum non excedere nobis
humiliter ſupplicari fecit, quatenus, Eccleſiam præfatam,
ad ſtatum ſæcularem reducere, ac aliàs in præmiſſis oppor-
30 tunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. †
31 Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quod petentes †
Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere ve-
rum annuum valorem, ſecundùm æſtimationem eandem,
etiam Beneficii cui aliud uniri peteretur, idemque in qui-
buſvis ſuppreſſionibus perpetuis conceſſionibus, diſmem-
brationibus, & applicationibus, de quibuſvis fructibus,
& bonis Eccleſiaſticis, obſervari debere, tam menſæ Ca-
pitularis, quàm maſſæ communis dictæ Eccleſiæ, earum-
que rerum & bonorum ſtatum, qualitates, quantitates,
denominationes, ſituationes, confines, circumſtantias,
& veros & annuos valores, ac quarumcumque diſmem-
brationum, ſeparationum, applicationum, unionum,
annexionum, incorporationum, & aliarum gratiarum,
ad favorem menſæ & maſſæ prædictarum, ac etiam pro
erectione Canonicatuum, & Præbendarum, ſeu locorum,
& Canonicalium portionum, vel aliorum beneficiorum in
eadem Eccleſia & aliàs factarum, literarumque Apoſtoli-
carum, deſuper confectarum tenores: ac etiam eorum qui
Dignitates, officia Portiones & beneficia prædicta, ad præ-
ſens obtinent, nomina, cognomina, jura, titulos, & com-
mendas, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi
ſupplicationibus inclinati, † tibi per Apoſtolica ſcripta 32
mandamus; quatenus vocatis qui fuerint evocandi in di-
cta Eccleſia, ac omnibus & ſingulis illius Dignitatibus of-
ficiis & aliis ſi quæ ſint beneficiis regularibus, & in com-
mendam obtentis, † ordinem præfatum omnemque ſta- 33
tum, eſſentiam, & dependentiam regulares ex nunc: nec-
non † Camerariam, Operariam, Charitateriam, Fabrice- 34
riam, & Capellaniam de la Infanta præfatas earumque ti-
tulos, denominationes, & qualitates, etiam ex nunc pro-
ut ex tunc, & è contra cum primum Camerariam, Opera-
riam, Charitateriam, Fabriceriam, & Capellaniam de
la Infanta hujuſmodi, per ceſſum, etiam ex cauſa permu-
tationis in manibus Romani Pontificis pro tempore exi-
ſtentis, vel deceſſum, ſeu privationem, aut quamvis
aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, illas pro tempore ob-
tinentium, etiam in aliquo ex menſibus Romano Pontifi-
ci pro tempore exiſtenti, ſeu Apoſtolicæ Sedi, per quaſcum-
que Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariæ Apoſto-
licæ regulas editas & edendas reſervatis; aut Ordinariis
Collatoribus, etiā per eaſdem, vel quaſvis alias conſtitutio-
nes, aut regulas ſeu literas alternativarum, vel alia Privi-
legia & indulta hactenus conceſſis, & impoſterum conce-
dendis aut jure ordinario, vel aliàs competentibus, &
competituris ſimul, vel ſucceſſivè, etiam apud ſedem præ-
fatam, etiam ceſſantibus commendis, antea de illis & eo-
rum cuilibet factis, vacare contigerit, etiam ſi actu nunc
præmiſſis ſive aliis quibuſvis modis, & ex quorumvis alio-
rum perſonis vacent, & tanto tempore vacaverint, quod
eorum collatio juxta Lateranen. Statuta Concilii ad Sedem
præfatam legitimè devoluta, ac Cameraria, Operaria,
Charitateria, Fabriceria, & Capellania de la Infanta hu-
juſmodi, diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel genera-
liter reſervata exiſtant, & ad illa conſueverint, per ele-
ctionem aſſumi, eiſque cura juriſdictionalis tantum immi-
neat, ac ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſenti-
bus haberi volumus pro expreſſo, pendeant indeciſa aucto-
ritate noſtra penitus, & omninò perpetuo ſupprimas, &
extinguas: † ac Eccleſiam, Dignitates, Officia, & alia 35
ſi quæ ſint beneficia regularia hujuſmodi, ad ſtatum ſæcu-
larem (ſalviis tamen ac firmis, & illæſis remanentibus om-
nibus & ſingulis privilegiis, indultis, exemptionibus, li-
bertatibus, immunitatibus, præeminentiis, prærogativis,
honoribus, facultatibus, juriſdictionibus, conceſſioni-
bus indulgentiis, & aliis gratiis tam ſpiritualibus, quàm
temporalibus, eidem Eccleſiæ, illiuſque Capitulo, &
menſæ Capitulari ac Dignitatibus, Officiis, Portionibus,
& aliis Beneficiis præfatis: necnon illa pro tempore obti-
nentibus, cæteriſque miniſtris & perſonis, quomodolibet
de jure, vel conſuetudine aut privilegio, ſeu aliàs quomo-
dolibet competentibus, quoad ea quæ ſunt in uſu: necnon
ſub ullis revocationibus comprehenſa, nec ſtatui, & Con-
cilii Tridentini Decretis, ac præſentibus contrariantur,)
† nec decimis, primitiis, cenſibus, laudemiis, recognitio- 36
nibus, ſervitutibus, livellis, poſſeſſionibus, proprieta-
tibus, legatis, anniverſariis, donationibus, juribus, re-
bus, & bonis, ad illa quomodolibet ſpectantibus & per-
tinentibus, & ſi per ſedem prædictam illiuſque legatos.
Vel Nuncios, ac Imperatores, Reginas, Principes, &
alios utriuſque ſexus Chriſtifideles, quoſcumque etiam
in-

intuitu, & contemplatione Religionis, & quandiu illa
ibidem vigeret, conceſſa, donata, relicta, erogata, &
37 elargita fuerint: † ita ut Dignitates officia, & ſi quæ ſunt
alia regularia beneficia hujuſmodi ad præſens, & ante exe-
cutionem præſentium obtinentes, abſque alia nova provi-
ſione, vel poſſeſſionis adeptione, deſuper facienda, illa
deinceps in titulum, quo ad vixerint retinere, eorumque
fructus, redditus, proventus, jura obventiones, & emo-
lumenta quæcumque percipere, exigere, & levare, ac in
38 ſuos uſus, & utilitatem convertere: † Necnon unum &
unam Gabriel ex infraſcriptis Canonicatibus & Præben-
39 dias conſequi, ac etiam quoad vixerit retinere; † Et ne in
ipſa Eccleſia perſonæ diverſi habitus exiſtant, ipſe & Hie-
ronymus prædicti, tam in Choro & Capitulo dictæ Eccle-
ſiæ, quàm alibi, aliis futuris illius Canonicis ſæcularibus
in habitu ſuperiore ac ritu, inceſſu, & cæremoniis, abſque
alicujus Apoſtaſiæ, irregularitatis ſeu inhibilitatis nota,
vel macula, aut alterius cenſuræ, ſeu pœnæ Eccleſiaſticæ
incurſu (retento tamen ſubtus regulari eorum habitu, &
firmis aliàs remanentibus tribus ſubſtantialibus votis per
eos emiſſis) ſe confirmare ac fructus, redditus, & proven-
tus, quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum per
eos nunc, & pro tempore obtentorum in ſuos proprios,
& alios eis benè viſos, (honeſtos tamen & aliàs licitos)
uſus convertere; necnon de bonis ſuis mobilibus, & im-
mobilibus ac ſe moventibus quibuſcumque tam in vita
quàm in morte ac in eorum ultimis voluntatibus, perinde
ac ſi regulares nunquam fuiſſent, teſtari, & diſponere li-
40 berè, & licitè valeant. ipſis autem † regularibus ab inte-
ſtato decedentibus omnia & quæcumque eorum bona hu-
41 juſmodi præfatæ menſæ Capitulari acquirantur. † Deni-
que omnia & ſingula, quæ in dicta Eccleſia pro Canonicis,
& perſonis regularibus erant, de cætero pro Canonicis, &
42 perſonis ſæcularibus, ſint & eſſe cenſeantur, † nec aliqua
deinceps perſona, ad habitum, & profeſſionem regula-
rem inibi aliquo modo recipi vel admitti debeat, & ſi reci-
piatur, vel admittatur, receptio & admiſſio hujuſmodi,
& inde ſecuta quæcumque nullius ſint roboris, vel mo-
43 menti dicta auctoritate noſtra etiam perpetuo reducas. †
Necnon in dicta Eccleſia viginti quatuor Canonicatus, &
totidem Præbendas, pro viginti quatuor Clericis ſæculari-
bus, futuris illius Canonicis, (comprehenſo in eis dicto
44 Gabriele) † qui omnes, Capitulum ſæculare ipſius Eccle-
45 ſiæ faciant, & conſtituant † ac iis ſacris Ordinibus, quos
præbendæ per eos reſpectivè obtentæ (juxta deſignationem
à venerabile fratre noſtro Archiepiſcopo Cæſarauguſtan.
cum conſilio Capituli prædictorum deſuper faciendam)
requirent: vel ſaltim legitima ad illos ſuſcipiendos ætate
46 conſtituti ſint, † & apud eandem Eccleſiam perſonaliter
reſidere; necnon Miſſas, Horas Canonicas, aliaque divi-
na Officia ibidem celebrare, & recitare ac illis intereſſe, &
aliàs ipſi Eccleſiæ in Divinis laudabiliter deſervire tenean-
tur, auctoritate noſtra prædicta ſimiliter perpetuo erigas,
47 & inſtituas. † Ac tam Canonicis quàm Portionariis pro
tempore exiſtentibus dictæ Eccleſiæ, ut à continua reſiden-
tia, apud illam facienda, aliquantiſper releventur, præ-
terquam ex aliqua rationabili cauſa à prædictis Capitulo
approbanda, & de expreſſa Capituli hujuſmodi licentia;
Portionarii videlicet, per unius, Canonici verò, per trium
menſium dumtaxat ſpatium, ſive continuum, ſive inter-
polatum, ab ipſa Eccleſia illiuſque ſervitio abeſſe liberè,
& licitè valeant. Ita tamen ut ſaltem duæ ex tribus parti-
bus ipſorum Canonicorum & Portionariorum reſpectivè
apud dictam Eccleſiam reſideant, & abſentia hujuſmodi in
feſtivitatibus ſolemnioribus, ac Quadrageſimæ & Adven-
tus temporibus, niſi ex urgentiſſima, & maximè neceſſa-
ria cauſa cconcedatur, eadem auctoritate noſtra indulgeas;
48 † Necnon à Cæſarauguſtan. tot quæ ſeptingentos (compre-
henſa medietate fructuum illi in Loco de Epila Cæſaraugu-
49 ſtan. Diœceſis competente, † & à de Daroca, tot quæ alio-
rum ſeptingentorum, videlicet illa omnia quæ in Loco de
Almunia ejuſdem Diœceſis conſiſtunt, ac à de Belchite
Archidiaconatibus, tot quæ mille, necnon à Theſauraria
præfatis tot quæ ſexcentos ducatos auri pares annuatim
conſtituant, proprietates & bona, & in decimis, cenſi-
bus, vel aliis redditibus conſiſtentia, ſimiliter ex nunc pro
ut ex tunc, & è contra, cedentibus etiam ex cauſa permuta-
tionis, in ejuſdem Romani Pontificis, pro tempore exiſten-
tis manibus, vel decedentibus modernis poſſeſſoribus,
Archidiaconatuum Cæſarauguſtan. de Daroca, & de Bel-
chite, ac Theſaurariæ hujuſmodi, vel illis aliàs quomodo-
libet etiam apud ſedem præfatam ſimul, vel ſucceſſivè va-
cationibus, ſeu illorū commendis ceſſantibus ſimili aucto-
ritate noſtra pariter perpetuo ſepares, & diſmembres † il- 50
laque ſic ſeparata & diſmembrata: necnon omnia & ſin-
gula bona proprietates, fructus, redditus, proventus,
jura, obventiones, & emolumenta, Camerariæ, Opera-
riæ, Charitateriæ, Fabriceriæ, & Capellaniæ de la Infan-
ta ſuppreſſarum præfatarum dictæ menſæ Capitulari ad
uſum & commodum Canonicorum prædictorum dumta-
xat dicta auctoritate noſtra ibidem perpetuo applices & ap-
propries, † Necnon omne & quodcumque jus ac etiam 51
facultatem, omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, cum
cura & ſine cura, etiam ſi Canonicatus & Præbendæ, aut
portiones, ſeu Parochiales Eccleſiæ, vel perpetuæ Vica-
riæ, aut aliàs quomodolibet qualificata fuerint, ad colla-
tionem, proviſionem, præſentationem, inſtitutionem,
ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, tam Archidiaconi Cæ-
ſauguſtan̄ (quoad ea dumtaxat quæ in Eccleſia dicti loci de
Epila) quàm Camerarii, Operarii, Charitaterii, & Fabri-
cerii ipſius Eccleſiæ Cæſarauguſt. pro tempore exiſtentium
in Cæſarauguſtan. & de Epila prædictis, ac Oppidi de Al-
canniz dictæ Diœceſis Eccleſiis, & alibi ubicumque con-
junctim, vel diviſim quomodolibet ceſſantibus reſervatio-
nibus, & affectionibus Apoſtolicis ſpectantia, & perti-
nentia illorum vacatione pro tempore occurrēte conferen-
di, & de eis etiam providendi, ſeu aliàs diſponendi, ac per-
ſonas idoneas ad illa præſentandi, & in eiſdem inſtituendi
in Capitulum hujuſmodi, auctoritate noſtra prædicta
etiam perpetuo transferas. † Ita quod liceat prædictis Ca- 52
pitulo, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem,
proprietatum, bonorum, & aliorum dictæ menſæ Capitu-
lari per præſentes applicatorum, & appropriatorum, ac
in ipſos Capitulum translatorum eorumq; annexorum ju-
rium, & pertinentiarum, quorumcumque per ſe vel alium,
ſeu alios eorum; & dictæ menſæ Capitularis, nominibus,
propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo re-
tinere, ac bona & proprietates hujuſmodi locare, arren-
dare, regere, & adminiſtrare: Necnon fructus, reddi-
tus, proventus, jura obventiones, & emolumenta quæ-
cumque inde provenientia (deductis & ſupportatis prius
omnibus, & ſingulis oneribus Camerariæ, operariæ, Cha-
ritateriæ, Fabriceriæ, & Capellaniæ de la Infanta ſuppreſ-
ſis prędictis quomodolibet incumbentibus) in uſum & uti-
litatem dictorum Canonicorum dumtaxat, modo, & for-
ma infraſcriptis convertere Diœceſani loci, vel cujuſvis al-
terius licentia deſuper minimè requiſita. † Cùm hoc ta- 53
men quod ſeparationibus, & diſmembrationibus hujuſ-
modi loco facto, ad diviſionem & repartitionem proprie-
tatum, & bonorum à Cæſarauguſtan. de Daroca & de Bel-
chite Archidiaconatibus, ac Theſauraria prædictis, ut præ-
fertur ſeparatorum, & diſmembratorum procedi nequeat;
niſi habita prius poſſeſſione eorumdem Archidiaconatuum
& Theſaurariæ per futuros in illis reſpectivè ſucceſſores,
& cum eorum interventu. † In eventum autem diſcordiæ 54
inter Capitulum & ſucceſſores hujuſmodi circa diviſionem
& repartitionem præfatas, liberum ſit eiſdem ſucceſſori-
bus, proprietates, & bona ſic ſeparata, & diſmembrata,
pro ſuis quiſque dignitatibus retinere, & ratam partem,
ſeu portionem ab illis ſeparatam in pecunia dictæ menſæ
Capitulari annuatim perſolvere. † Ipſi quoque ſucceſſo- 55
res in Cæſarauguſtan. de Daroca, & de Belchite Archidia-
conatibus, ac Theſauraria hujuſmodi ad quarumcumque
penſionum, ſi quæ ſuper illorum fructibus, redditibus, &
proventibus tempore quo diſmembrationi & ſeparationi
proprietatum, & bonorum ab eiſdem, ut præfertur factis,
locum fieri contigerit, reſervatæ reperiantur quæ ſalvæ &
illæſæ remaneant: ſolutionem modo, & forma, ac in loco
&

lus ubi multa conſilia, & ſæpè revelatur minori quod oc-
cultatur majori, juxta illud Matth. c. 11. *ut argumentatur*,
tex. in c. eſto ſubiectus, 95. *diſt.* latius proſequitur Palleotus
59 *ſupr. p. 1. q. 3. artic. 5. & 6.* † & quia Canonici præſumun-
tur melius ſcire & fidelius conſulere in rebus Eccleſiæ, *cap.*
in cauſis de elect. c. cum in officiis de teſtam. notat ex Hoſtien.
Cardinalis *in c. novit, num. 3. de his quæ fiunt à præl.* Sic ſimi-
liter in jure civili aliorum conſilia requiri præcipitur *in l. ſi*
aviam, C. de ingenuis & in l. ſi bonorum de bonorum poſſeſſ. &
in §. hæc omnia apud vos cogitantes in authent. ut iudic. ſine
quoque ſuffrag.

Non obſtat ſeptimum † *ex deciſ. 613. part. 1. diverſ.* quæ
confirmat potius noſtram ſententiam quàm infirmat, nam
in ea dicitur præſcriptionem ſufficere Capitulo decem vel
quadraginta annorum pro exemptione acquirenda à Ca-
pitulo Carthaginen. ex quo manifeſtè præſuponitur con-
ſuetudinem eſſe rationi & juri conſonam, quæ decem an-
norum ſpatio præſcribitur *gloſ. verbo conſuetudo in cap. fin. de*
conſuetud. lib. 6. quam ſequitur Rota *deciſ. 6. num. 1. de con-*
ſuetud. in novis, & Francus *in d. c. ult. num. 5. notab. 2.* Et ſi
jus reſiſteret, nec quadragenaria præſcriptio ſufficeret
60 quippe cum eo caſu immemorialis † deſideretur, *cap. 1. in*
fine de præſcrip. in 6. quæ niſi intra centum annorum metas
non completur, juxta magis communem opinionem, de
qua per Cravetam *de antiq. p. 1. §. 1. num. 4. & §. 11. n. 14.*
Gutierrez *conſ. 1. n. 5. vide dicta ſupra in hac quæſt. fundam.*
7. illud verò quod in dicta deciſione difficillimum reputa-
tur, ſcilicet cognoſcere, quæ ſint negotia in quibus conſi-
lium, vel conſenſum ſui Capituli Epiſcopus debet perſcru-
61 tari ſic ad cognitionem venient † ſi animadvertas quod ſi-
ve Epiſcopus negotium gerat, ſive ſtatuat, Capituli ſive
conſilium, ſive aſſenſum adhibere debet, *ut probat textus*
in c. quanto, & in c. novit, ubi Innoc. & Panor. *de his quæ*
fiunt à Præl. idem Panorm. *in cap. 2. de inſtit. & in cap. ad*
audientiam de clericis non reſidentibus. Ex quibus & aliis
hoc ipſum ſequitur Cucus *inſtit. maior. lib. 2. tit. 6. nu. 210.*
& 211.

62 Conſilium autem & † aſſenſus multipliciter diſtinguitur
à Doctoribus ut per S. Thomam 1. 2. *q.* 14. & 15. & 2. 2. *q.*
52. & *q.* 17. *art.* 3. *ad* 2. *Ariſtot. Ethic.* 3. *cap.* 3. Conſenſus
ſolet appellari ea voluntatis ſignificatio & approbatio, quæ
quando à lege requiritur, neceſſaria eſt omninò ad actus
validitatem *gloſ. verb. aſſenſu in cap. ſi pro te de reſcriptis*, in
actu ipſo, ſive etiam poſt ipſum poteſt interponi, modò
conſtet illum qui conſentire debet in eo, de quo agitur,
convenire & concordem eſſe, Abb. *in c. cum in veteri de*
elect. num. 12. & in c. 1. de his quæ fiunt à præl. num. 3. At verò
conſilium eſt aliquid faciendi non faciendive ex cogitata
ratio, ſive inquiſitio quædam alterius ſententiæ quàm lex
præcipit explorari, ut Cicer. *lib. 2. de inventione*, proſequi-
63 tur Menoch. *conſ. 69. n. 16. vol. 1.* Conſilium † autem aliud
eſt neceſſitatis, quod obligat ex rei natura *gloſ. verb. conſu-*
lis in c. Matthæus de ſimonia, proſequitur Boerius latiſſimè
de auctorit. mag. conſ. n. 16. ubi ponit exemplum in conſi-
lio Papæ, vel Principis cui ob reverentiam obediendum
eſt. Aliud eſt reverentiæ, ſeu obedientiæ, *c. ad aures de*
ætate & qual. ubi gloſ. verb. conſilio clem. 1. cum glo. in fine de
teſtibus. Aliud auxilii pro perſonæ imbecillitate ſublevan-
da, *l. impuberibus, D. de ſuſpectis tutor.* Aliud officii, ut cùm
datur Prælato coadjutor ſine cujus conſilio nihil agat, *cap.*
venerabilis de offic. deleg. ubi gloſ. Aliud perfectionis pro-
ut ſunt conſilia Euangelica *cap. integritas* 32. *quæſt.* 1.
Aliud præparationis ad ea, quæ uſus attulerit, ut do-
cet D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 108. *art.* 4. *ad* 4. & 2. 2.
quæſt. 124. *art.* 3. *ad* 1. Conſilium in re propoſita accipitur
pro exploratione & ſcrutatione judicis, ac ſententiæ alie-
næ in utilitatem illius qui conſilium petit, & ideò vocatur
conſilium utilitatis, quod ſi à jure præcipiatur actum de-
bet præcedere *gloſ. in c. cum olim de arbitris*, ubi Abbas *n.*
4. petentem tamen non obligat, ut illud præciſè ſequi te-
neatur, Barth. *in l. 1. §. ſi plures n. 3. de exerc. act.* Decius *in*
cap. ſi pro debilitate n. 52. & 57. de offic. deleg. Et ideò conſi-
lium non dicitur actus præceptionis, ſed ſucceſſionis, ut
64 per D. Thom. 1, 2. *q. 92. art. 2. ad 2.* quod † compellitur au-
dire, quia forſan talis ratio proponetur à Conſulto, quæ
conſulentem in contrariam ſententiam inducat, *l. ſi in tres*
D. de arbitris, cap. fin. eodem tit. lib. 6. ut optimè conſiderat
Paulus Æmilius *deciſ. 305. n. 3. p. 1.* ex Panor. *in d. cap. cum*
olim, n. 2. Dominic. *in c. 1. de conſtit. lib. 6.* & Joanne And.
in c. nullus ex conſilio de reg. iur. eod. lib. quod evenire fre-
quens eſt, cùm veritas facilius à pluribus quàm à paucis re-
periatur, *c. de quibus*, 20. *diſt.* Dicitur ſimiliter & hujuſmo-
di conſilium actus voluntatis, *quia ut dixi ſupra n. 63.* illud
acceptare eſt voluntarium, *c. quiſquis, §. quæ præcipitur* 14.
q. 1. Et quia invito beneficium non datur, *l. invito D. de reg.*
iur. Aliquando tamen conſilium ſequi, neceſſitatis eſt, ut
Dec. *in c. ſi pro debilitate, n. 9. de offic. deleg. & in q. 31. n. 20.*
alius proponitur caſus.

Sed aliquando hæc duo conſilium † & aſſenſus ex ſubje- 65
cta materia variantur & confunduntur, & eis tam jus Ci-
vile, quàm Pontificium promiſcuè utuntur, Abb. *in d. cap.*
cum olim, nu. 4. Butrius *num. 15. dixi latius ſupr. in ſolutione*
ad 1. argum.

Difficultas † verſatur in inquirendo, quæ ſint illa in qui- 66
bus Epiſcopus conſilium Capituli & in quibus aſſenſum
perſcrutari debet, *nam gloſ. in c. cum nos*, & Abbas *in cap.*
novit n. 6. de his quæ fiunt à Præl. variè procedunt & deciſio
Rotæ 615. *n. 1. p. 1. diverſ.* difficile in indagatione hoc ne-
gotium reputavit.

Sed ex Doctoribus *in c. irrefragabili de offic. ord. & in cap.*
1. de exceſſ. præl. Albertin. *de hæreticis qu.* 26. & maximè ex
illuſtriſſimo Cardin. Gabriele Paleoto *de conſult. ſacri con-*
ſiſt. p. 1. q. 3. art. 1. Duplex regula colligitur, ſcilicet, quod
in levioribus dummodo criminum punitio non intercedat
in illis, nullum, nec conſilium, nec aſſenſum in graviori-
bus conſilium, *cap. fin. de dilatio.* ac etiam Capituli conſen-
ſum adjiciendum eſſe ab Epiſcopo, proſequitur Gabriel. *lib.*
7. comm. opin. de crimin. concluſ. 36. nu. 3. & ſequenti, niſi † 67
conſuetudo præſcripta aliter ſe habeat, *c. ea noſcitur de his*
quæ fiunt à Præl. gloſ. in c. fin. diſt. 67. gloſ. in c. legimus diſt.
93. Felin. *in d. c. irrefragabili num. 3. & in c. cauſam, n. etiam*
3. de iudic. Cucus *inſtit. maior. lib. 2. tit. 6. n. 348.*

Unde cùm hodierna † die præſcriptum ſit, ut Epiſcopus 68
non recurrat ad Capitulum in diſpenſationibus faciendis
non tenetur recurrere, ut obſervat Panor. *in c. 4. §. de adul-*
ter. n. 16. de iudic. quem refert & ſequitur Zevallos 1. *tom.*
commun. quæſt. 560. quidquid dicat gloſ. verb. Epiſcopo in cap.
cum ex eo de elect. in 6. & Antonius *in dict. §. de adulteriis*
num. 10.

Quæ autem dicantur ardua in quibus requiritur ab Epi-
ſcopo conſenſus Capituli, declarat Burſatus *lib. 1. conſ. 26.*
num. 23. Piaſetius *in praxi Epiſcopali, 2. p. cap. 2. à num. 9.* &
pro re, loco, & tempore diiudicanda ſunt, & ideò arbitrio
boni & ſapientis viri ſunt æſtimanda, Abb. *in c. adhæc num.*
1. de offic. Archid. & Dec. *in c. ſi pro debilitate, nu. 39. de of-*
fic. deleg. & nos dicemus latius in Canonicali 1. *p. c.* 30. 31.
32. permittente Deo.

Summaria Bullæ Clementis Papæ VIII.

PRoœmium Bullæ, n. 1. 2. 3. & 4.
Metropolitanæ Eccleſiæ arbores fructiferæ in Eccleſia, num. 5.
Papa ad modum Agricolæ ſe habet cum Eccleſia, n. 6.
Cur de regulari transfertur in ſæcularem, hæc Eccleſia, numer. 7.
Idem, n. 8. 17. 18. 19. 20.
Philippus orator, nu. 9. 10.
Eccleſia iſta olim ſæcularis fuit, n. 10.
Eugenius III. regulares ſuffecit loco ſæcularium, n. 11.
Dignitates & officinæ regularium numerantur, n. 12.
Bona menſæ capitularis olim adminiſtranda tradita ſunt, numer. 13.
Valor præpoſiturarum, n. 14.
Archidiaconatus de Aliaga olim de Tervel. n. 15.
Dignitates & officia commendabantur, n. 16.
Veſtigia religionis vix remanſerunt, n. 17.
Hodie duo tantum regulares ſunt, n. 18.
Regulares ut ſæculares agunt, n. 19.
Regulares vix aliqui eſſe volunt, n. 20.

Sæ-

Sæcularizatio fit ad augendum numerum Canonicorum, numer. 21.
Eccleſia Cæſarauguſtana Metropolis, n. 22.
Patronatus regius, n. 23.
Valor & diſmembratio Camareriæ, n. 24. & 25.
Valor Operariæ, Charitateriæ, Fabriceriæ, num. 26. 27. & 28.
Valor Capellaniæ de la Infanta, n. 29.
Incipit diſpoſitio, n. 30.
Expreſſio neceſſaria pro expreſſa habetur, n. 31.
Commiſſio cum clauſula vocatis, n. 32.
Extinguitur ſtatus regularis, n. 33.
Quædam officinæ ſupprimuntur, n. 34.
Cætera Beneficia ſæcularizantur ſalvis iuribus, n. 35.
Decimæ reſervantur, n. 36.
Beneficia regularia in titulum ipſo facto deinceps obtinentur, num. 37.
Gabriel Canonicus ſæcularis creatur, n. 38.
Regulares ex diſpenſatione ſine habitu exteriori incedant, numer. 39.
Regulari inteſtato Eccleſia ſuccedit, n. 40.
Quæ erant regularium ſint ſæcularium, num. 41.
Admiſſio regularium in futurum nulla, num. 42.
Canonicatus 24. & 24. Præbendæ eriguntur, n. 43.
Canonici Capitulum faciunt, n. 44.
Ordo deſignandus, 24. Canonicatibus, n. 45.
Canonicorum reſidentia, num. 46.
Canonicorum, Portionariorumque abſentia, n. 47.
Diſmembratio Dignitatum, n. 48. & 49.
Suppreſſio Dignitatum & officiorum Canonicis ſolis, num. 50. & 51.
Capitulum omnium bonorum adminiſtrator conſtituitur, numer. 52.
Ordo ſervandus in diſmembratione Beneficiorum, nu. 53. 54. & 55. 56. 57.
Canonici fruantur bonis ſeparatis & ſuppreſſis ſine præiudicio, num. 58.
Præbenda S. Inquiſitionis, num. 59.
Prioratus Decanatus deinceps nuncupandus, n. 60.
Antiquioris Canonici prærogativa, n. 61. & 62.
Archipresbyteri in Dignitates eriguntur, n. 63. & Scolaſtria, num. 64.
Domus ſuppreſſæ quomodo dividendæ, num. 65.
Gabrielis domus cuius expenſis reficienda, n. 66.
Dignitates, Canonici & cæteri de adventitiis pro quarta participent, n. 66. 67. & 68.
Dignitates de gremio Capituli, nu. 69.
Præcedentia in ſeſſione, n. 70.
Decanus Caput Capituli, num. 71.
Decanus habet iura Prioris, n. 72.
Decano abſente ſequens præſidet, n. 73.
Habitus Capitularium, num. 74.
Omnes ſubſunt correctioni Archiepiſcopi in viſitatione, num. 75.
Archiepiſcopus procedit in criminibus Capitularium iuxta formam capituli 6. Seſſ. 25. reform. n. 76.
Præbendæ incompatibiles, num. 77.
Archiepiſcopus diſtributiones aſſignat, n. 78.
Idem ſacros ordines ſingulis Canonicatibus deſignat, n. 79.
Menſtruarum portionum ſolutio, n. 80. & 81.
Decanus diſtributionum & panis particeps eſt, nu. 82.
Diſmembrationi quando ſit locus, n. 83.
Dignitates quot panes habent, nu. 84.
Capitulum menſtruas portiones miniſtrat, n. 85.
Canonicorum & portionariorum abſentia pœna, num. 86. & 87.
Graduatorum Canonicatuum qualitates, num. 88. 89. 90. 91. & 92.
Proviſio Dignitatum & Canonicatuum, nu. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106.
Capitulum poteſt ſtatuere, num. 107. 108. 109.
Bulla iſta liberatur multis viis à deregatione, num. 110. 111. & 112.
Bulla conſervatur multis viis, n. 113. 114. 115. & 116.
Bullæ obſtantia tolluntur, n. 117. 118. & 119.
Multa pro expreſſis habentur, n. 120. & 121.

Bulla Sæcularizationis Sedis Cæſarauguſtæ.

† CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei: Dilecto fi- 1
lio noſtro & Sedis Apoſtolicæ Nuntio, in Regnis
Hiſpaniarum commoranti ſalutem & Apoſtolicam benedi-
ctionem. † Quemadmodum operoſi & vigilis coloni, ſoler- 2
tia temporum vices ſolicitè obſervat, modò ſerit & plan-
tat, modò extirpat & evellit arbores, & vites ordine diſpo-
nit, ac irrigationibus fovet: & † ne illarum vires latius 3
diffusè evaneſcant, nimiam frondium ramorumque & pal-
mitum frequentiam, comprimit, & reſecat, ut exinde
uberiores fructus conſequatur; ita quoque Romanus Pon-
tifex † agri dominici curæ ſuperna diſpoſitione præpoſitus; 4
efficacem & fructuoſam operam: in illius culturam impen-
dere dignoſcitur, cùm ad Eccleſias per univerſum Orbem
conſtitutas (præſertim † Metropolitanas tamquam arbo- 5
res & vites pulcherrimas & fructuoſas in ipſo agro Domi-
nico conſitas) vigilantiæ ſuæ ſtudium convertit, † & exem- 6
plo illius qui verus eſt agricola, earum profectibus conſu-
lere, ac diſpendiis occurrere, † & quas à religionis priſcis 7
temporibus in eis introductæ diſciplina, ita prolapſas co-
gnoſcit, ut vix ullum illius veſtigium ibidem remanſerit,
in magis convenientem ſtatum, etiam ſæcularem, utili,
& commoda rerum diſpoſitione, etiam per nonullorum
Officiorum & Beneficiorum antiquorum, tamquam ramo-
rum & palmitum ſuperfluorum, ac ſterilium ſuppreſſio-
nem, & putationem, aliorumque novorum, inſtar ſur-
culorum fructuoſiorum inſtitutionem, & inſertionem re-
ducere ſatagit, ac aliàs deſuper Officii ſui partes favorabi-
liter interponit, † prout rationabiles cauſæ, & pia Catho- 8
licorum Regum vota expoſcunt, temporumque locorum
& perſonarum circumſtantiis diligenter conſideratis, ad
earumdem Eccleſiarum decorem, & felicem directionem,
divinique cultus, ac beneficiorum, & miniſtrorum Eccle-
ſiaſticorum incrementum, necnon bonorum, & jurium ſuo-
rum conſervationem conſpicit, in Domino ſalubriter expe-
dire, † Sanè chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus 9
Hiſpaniarum Rex Catholicus, nobis nuper exponi fecit,
† quod olim in Eccleſia Cæſarauguſtan. tunc ſæculari, ul- 10
tra illius Canonicos, Portionarios, & Beneficiatos ſæcu-
lares, etiam Canonici Sancti Auguſtini regulares, intro-
ducti: † & deinde ad tollendas contentiones & controver- 11
ſias inter ipſos ſæculares & regulares Canonicos ſubortas
in locum dictorum Canonicorum ſæcularium pro tempo-
re defunctorum, ſoli Canonici regulares juxta ſtatutum
à felicis recordationis, Eugenio Papa III. prædeceſſore no-
ſtro deſuper factum, ſuffecti & ſubſtituti, ac ibidem nullo
certo eorumdem Canonicorum regularium determinato
numero: † unus Prioratus prima poſt Pontificalem qua- 12
tuor Archidiaconatus, videlicet Cæſarauguſt. de Daroca,
de Belchite, & Terulen. una Cantoria, una Cameraria, &
una Theſauraria, Dignitates regulares, ac tria officia etiam
regularia, (videlicet) Operaria, Charitateria, & Eleemo-
ſynaria, necnon quæ per clericos ſæculares in titulum obti-
neri conſueverunt, una Fabriceria, tres Archipresbytera-
tus (videlicet) Cæſarauguſtani de Daroca, & de Belchite,
etiam officia, ac quinquaginta quatuor ſimplices portio-
nes, & una perpetua ſine cura Capellania de la Infanta
nuncupata: & ſexaginta vel circa alia perpetua ſimplicia
Beneficia Eccleſiaſtica inſtituta, † & ne dicti Canonici Re- 13
gulares in Menſæ Capitularis dictæ Eccleſiæ fructibus,
redditibus, & proventibus exigendis & percipiendis, juri-
buſque proſequendis, à regularis vitæ inſtituto diſtrahe-
rentur, ſed liberius & commodius vota ſua altiſſimo perſol-
vere valerent, prædictis ac certis aliis jam ſuppreſſis ipſius
Eccleſiæ Dignitatibus & Officiis, ultra dotes, ad illa pro
tempore obtinentium congruam ſuſtentationem aſſigna-
tas, quam plurima & diverſa bona, fructus, redditus, &
proventus (etiam decimales) aliaque jura & emolumen-
ta dictæ Menſæ Capitulari (cum hoc, quod Dignitates &
Officia hujuſmodi pro tempore obtinentes; tanquã eorum-
dem bonorum, fructuum, reddituum, proventuum, ju-
rium & emolumentorum, adminiſtratores, ſeu Præpoſiti,
viciſ-

prout in aliis Canonicatibus & Præbendis Magiſtralibus
& Doctoralibus Eccleſiarum Cathedralium Caſtellæ,& Le-
gionis Regnorum fieri ſolet, capitulariter eligendis, provi-
102 deri debeat; † Ita tamen quod proviſi de hujuſmodi Cano-
nicatibus & Præbendis Magiſtralibus, & Doctoralibus,
necnon pœnitentialibus & lectoralibus, ſi ratione vacatio-
nis illorum in dictis octo menſibus, aut alias quomo-
dolibet ſedis prædictæ diſpoſitioni reſervati, vel affecti fue-
rint, intra quatuor menſes à die ſuę quiſque proviſionis hu-
juſmodi computandos, novam proviſionem à Sede prædi-
cta impetrare,& literas Apoſtolicas deſuper in totum expe-
dire, ac jura dictæ Cameræ propterea debita perſolvere om-
ninò tenęantur. Alioquin proviſiones hujuſmodi cum in-
de ſecutis quibuſcumque nullius ſint roboris vel momenti.
Ipſique Canonicatus, & Præbendæ, Magiſtrales Doctora-
les, Pœnitentiales,& Lectorales, vacare cenſeantur,eo ipſo.
Ac de illi per Sedem præfatam dumtaxat, diſponi poſſit,
eadem auctoritate noſtra ſimiliter perpetuo ſtatuas,& ordi-
103 nes. † Et nihilominus eidem Philippo Regi, ejuſq; ſucceſ-
ſoribus Aragonum Regibus, tum maſculis, & per lineam
fœmininam deſcendentibus,quàm fœminis, uſq; in infini-
tum, & in perpetuum jus nominandi perſonas ſibi gratas,
& acceptas aliàs tamen habiles, & idoneas, Romano Pon-
104 tifici pro tempore exiſtenti: tam ad Dignitates † (non ta-
men majorem poſt Pontificalem) quàm Canonicatus, &
Præbendas tantum Eccleſiæ Cæſarauguſt. præterquam Ma-
giſtrales, & Doctorales, necnon Pœnitentiales, & Lectora-
les hujuſmodi; in Februarii, Maii, Auguſti, & Novembris,
menſibus prædictis, dumtaxat extra dictam Curiam pro
tempore vacantes, etiamſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex eo
quod illos obtinentes, alicujus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinalis, etiam viventis, & in dicta Curia præſentis, fa-
miliares continui, commenſales, aut ſedis præfatæ, Notarii,
Subdiaconi, Acolythi, Capellani cauſarũ Palatii Apoſtolici
Auditores, literarum Apoſtolicarum Abbreviatores, Scri-
ptores, Cubicularii, Nuntii, Proventuum & jurium dictæ
Cameræ debitorum Collectores, vel Subcollectores, aut
quicumque alii Curiæ, & Sedis prædictarum Officiales,
præſentes, & futuri, quocumque nomine nuncupati, ſeu
ex quavis alia cauſa ſpecialiter: vel aliàs (præterquam ex
perſonis familiarium, & continuorum Commenſalium no-
ſtrorum, vel aliorum Roman. Pontificum prædeceſſorum,
vel ſucceſſorum noſtrorum generaliter reſervati, ſeu ex ge-
nerali reſervatione Apoſtolica affecti fuerint) per Nos, &
Romanos Pontifices & ſucceſſores noſtros ad nominatio-
105 nem hujuſmodi conferendos, † Ita ut de illis in eiſdem po-
ſterioribus quatuor menſibus, extra dictam Curiam, aliàs
quam ex perſonis familiarium & continuorum Commen-
ſalium noſtrorum, & aliorum Romanorum Pontificum
prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum pro tempore va-
cantibus, abſq; nominatione prædicta, & per Nos, & ſucceſ-
ſores noſtros Romanos Pontifices ac eandem Sedem pro
tempore diſponi minimè poſſit. Ac collationes commendæ,
& quævis aliæ diſpoſitiones, aliter pro tempore factæ, & li-
teræ Apoſtolicæ deſuper conficiendæ, cùm inde ſecutis qui-
buſcumque nullius ſint roboris vel momentis. Cum hoc ta-
men quod Dignitates, ac Canonicatus, Præbendæ Eccle-
ſiæ Cæſarauguſt. hujuſmodi ad quos in dictis quatuor men-
ſibus pro tempore vacantes, Philippus Rex ejuſque ſucceſ-
ſores prædicti nominare contigerit, ut præfertur quotie-
ſcumque deinceps in aliis quatuor menſibus eis ſic conceſ-
ſis, vacaverint: nullatenus nominatio hujuſmodi ſubjectæ,
& obnoxii, ſed omninò liberæ collationis ſint, & eſſe cen-
106 ſeantur. † Quodque nominatio ipſa quoad Dignitates, ac
Canonicatus, & Præbendas ſub ea comprehenſos intra ſex,
ſi vacatio hujuſmodi ultra: ſi verò citra montes, con-
tingat, intra octo menſes, à die ejuſdem vacationis com-
putandos, Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, ſeu
dictæ ſedi omninò fieri debeat: alioquin dictis ſex, vel
octo menſibus reſpectivè effluxis, ut diſpendioſæ vacatio-
ni Dignitatum, ac Canonicatuum, & Præbendarum Ec-
cleſiæ Cæſarauguſtan. hujuſmodi celeriter conſulatur, de
illis ſic vacantibus per Romanum Pontificem, ſeu ſedem
hujuſmodi; nulla dicti Regis præcedente, ſeu ulterius ex-
pectata nominatione, liberè provideri poſſit; dicta aucto-
ritate noſtra perpetuò concedas, & reſerves; † Poſtremo 107
prædictis Capitulo, pro dictæ Eccleſiæ Cæſaug. ac illius Di-
gnitatum, Officiorum, Canonicatuum, & Præbendarum,
Portionum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, &
illa pro tempore obtinentium: necnon Miniſtrorum, re-
rum & bonorum, tam ſpiritualium, quàm temporalium
proſpero, & felici ſtatu, regimine, gubernio, directione, &
adminiſtratione, ac onerum illis incumbentium ſupporta-
tione, domorum Canonicalium ad uſum & habitationem
perſonarum Capitularium deputatione, Miſſarum, Hora-
rum Canonicarum, & divinorum officiorum, tam Diurno-
rum, quàm Nocturnorum celebratione. Illorum quibus in
poſterum de Dignitatibus, Canonicatibus, & Præben-
dis, Portionibus, & Beneficiis hujuſmodi Apoſtoli-
ca, vel ordinaria authoritatibus prædictis provideri conti-
gerit; receptione, admiſſione, & reſidentia. Diſtributio-
num etiam quotidianarum Anniverſariorum, Eleemoſyna-
rum obligationum, & aliorum emolumentorum perceptio-
ne, diviſione, repartitione, & admiſſione, ac pœnarum &
mulctarum per abſentes, & divinis non intereſſentes in-
curſu; ſingulorum pœnitentiis & abſentiis notandis, cære-
moniis, & ritibus, in Eccleſia, Choro, Capitulo, Proceſſio-
nibus, & aliis actibus prædictis ſervandis, Capitulis ge-
neralibus, & particularibus celebrandis, & tenendis, of-
ficialibus & miniſtris neceſſariis deputandis, & amoven-
dis. Servitiiſque & miniſteriis per ipſos obeundis, & agen-
dis, eorumque necnon Portionariorum, Capellanorum
& Beneficiatorum habitu, à Canonicis, ac obtinentibus
Dignitates & officia hujuſmodi diſtincto ibidem geſtando,
& deferendo, juribus & quindenniis dictæ Cameræ per
Capitulum hujuſmodi debito tempore ut præfertur perſol-
vendis: ac pecuniis ad id neceſſariis annuatim & antici-
patè parandis, & interim penes perſonam fide, & facul-
tate idoneam deponendis, necnon ſingulis Canonicatibus,
& Præbendis prædictis, quibus quiſque ordo, ex ſacris an-
nexus eſſe debeatur diſtinguendis, ac quibuslibet aliis re-
bus in præmiſſis, vel circa ea quomodolibet neceſſariis, &
opportunis, quæcumque ſtatuta, ordinationes, decreta
licita tamen & honeſta, ac ſacris Canonibus dictique
Concilii Tridentini decretis, ac Conſtitutionibus Apoſto-
licis non contraria, à te, ſeu pro tempore exiſtente, & ſe-
dis prædictæ in illis partibus Nuntio, vel dicto Archiepi-
ſcopo examinanda, & approbanda condendi, & edendi
† ac edita, & condita pro temporum, rerumque varieta- 108
te, & qualitate, ac quoties expediens & opportunum eſſe
videbitur, immutandi, corrigendi, declarandi & inter-
pretandi, atque in meliorem formam redigendi, ſeu alia;
ut præfertur examinanda, & approbanda de novo etiam
ex integro faciendi, † ac per eos ad quos pro tempore ſpe- 109
ctabit, ſub pœnis in contravenientes apponendis, obſer-
vari faciendi, & debitæ executioni demandandi plenam,
& liberam licentiam, & facultatem, dicta auctoritate
noſtra elargiaris; † Ac præmiſſa omnia, necnon eaſdem 110
præſentes nullo unquam tempore, etiam ex eo, quod cau-
ſæ propter quas emanarunt coram loci ordinario, et-
iam tamquam dictæ Sedis Delegato, vel alibi examina-
tæ, verificatæ, & approbatæ non fuerint, aut quovis
alio capite, vel prætextu, & ex quacumque alia quantum-
vis legitima, & juridica cauſa, de ſubreptionis, vel ob-
reptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel
alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retra-
ctari in jus, vel controverſiam revocari, † ad terminos 111
juris reduci, aut adverſus ea quodcunque juris facti, vel
gratiæ remedium impetrari, & motu proprio concedi
poſſe; † Neque ſub quibuſvis unionum, diſmembratio- 112
num, ſeparationum etiam effectum non ſortitarum, alia-
rumque ſimilium gratiarum, revocationibus, limita-
tionibus, modificationibus, ſuſpenſionibus, deroga-
tionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per quoſcum-
que Romanos Pontifices, ac etiam Nos & Sedem prædi-
ctam, etiam in craſtinum aſſumptionis ad ſummi Apo-
ſtolatus apicem, quorumcunque ſucceſſorum noſtrorum,
vel aliàs etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, etiam
con-

conſiſtorialiter, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine
ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſ-
vis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacior-
ibus & in ſolitis clauſulis, nec non irritantibus & aliis de-
cretis, ac quibuſvis cauſis, & aliis quandocunque pro tem-
pore emanatis, etiam ſi de eiſdem præſentibus earumque
toto tenore, & datis ſpecialis ſpecifica, & expreſſa, ac de
113 verbo ad verbum mentio fiat, comprehendi; † Sed tam-
quam in divini cultus favorem, ac executionem Decreto-
rum dicti Concilii Tridentini conceſſa, ſemper & omninò
ab illis excepta, & quoties illæ emanabunt toties, in priſti-
num, & validiſſimum, ac eum in quo antea quomodolibet
erant ſtatum, reſtituta, repoſita, & plenariè reintegrata,
ac de novo etiam ſub quacunque poſteriori, & nova data
per Philippum Regem ejuſque ſucceſſores, necnon pro
tempore exiſtentes Archiepiſcopum & Capitulum prædi-
ctos conceſſa, validaque, & efficacia fore, & eſſe, ac ſuos ple-
114 narios & integros effectus ſortiri, & obtinere, † atq; ab om-
nibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviola-
115 biliter obſervari, † Sicque per quoſcumque Judices Ordi-
narios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici
Auditores, ac eiuſdem S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales,
etiam de latere legatos, dictæque Sedis Nuntios, (ſublata
eis, & eorum cuilibet, quavis, aliter judicandi, & interpre-
tandi, facultate, & auctoritate) ubique judicari, & diffini-
116 ri debere: † Necnon quidquid ſecus ſuper his, à quoquam,
quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit at-
117 tentari, irritum, & inane, decernas: † Non obſtantibus
priori voluntate, & aliis præmiſſis, ac Lateranen. Concil.
noviſſimè celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus à ju-
re permiſſis, fieri prohibentis, atque Apoſtolicis, ac in Sy-
nodalibus, Provincialibus, & Generalibus Conciliis edi-
tis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Or-
118 dinationibus editis, & edendis: † Necnon Cæſarauguſtan.
aliarumque Eccleſiarum, & Ordinis Prædictorum, etiam
juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate
alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quo-
que, indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, earumque Præ-
ſulibus, Superioribus, Capitulis, Conventibus, & perſo-
119 nis, ac etiam locorum Ordinariis: † Necnon Officii ſan-
ctiſſimæ Inquiſitionis hujuſmodi, ſub quibuſcumque teno-
noribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoria-
rum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clau-
ſulis: necnon irritantibus, & aliis decretis, per quoſcum-
que Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos &
dictam Sedem, illiuſque legatos, etiam ad Imperatoris,
Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum, in-
ſtantiam, ſeu eorum intuitu, & contemplatione, etiam mo-
tu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam conſi-
ſtorialiter, ac alias, quomodolibet, etiam iteratis vicibus
120 conceſſis, approbatis, & innovatis. † Quibus omnibus etiã,
ſi pro illorum ſufficienti derogatione, alias, de illis eorum-
que totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indivi-
dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas gene-
rales, idem importare, mentio, ſeu quævis alia expreſſio ha-
benda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda
foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil
penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti
eſſent, præſentibus, pro ſufficienter expreſſis & inſertis ha-
bentes; illis alias, in ſuo robore permanſuris, hac vice dum-
taxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſ-
121 cumq; † Aut ſi aliqui, ſuper proviſionibus, ſibi faciendis, de
Dignitatibus, ſeu officiis ipſius Eccleſiæ Cæſarauguſtan. ſpe-
ciales, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis, in illis partibus, ge-
nerales, dictæ Sedis, aut legatorum ejus, literas impetrarint;
etiã ſi, per eas, ad inhibitionem, reſervationem, & decretum;
vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas,
& proceſſus habitos, per eaſdem, ac inde ſecuta quęcumque
ad Camerariam, operariam, Charitateriam, Fabriceriam,
& Capellaniam de la Infanta hujuſmodi volumus, non ex-
tendi: ſed nulluũ per hoc, eis, quoad aſſecutionem Dignita-
tum, & officiorũ, vel beneficiorũ aliorũ præjudicium gene-
rari, & quibuslibet aliis, privilegiis, & indulgentiis, genera-
libus, vel ſpecialibus quorucumq; tenorum exiſtant, per quę
præſentibus, non expreſſã, vel totaliter non inſerta, effectus
earum, impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de qui-
bus, quorumq; totis tenoribus, de verbo ad verbũ, habenda
ſit in noſtris literis, mentio ſpecialis. Dat. Romę apud S. Mar-
cum anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſexcenteſimo
quarto, idus Julii, Pontificatus noſtri, anno tertio decimo.

R. P. D. SACRATO

Cæſarauguſtana juriſdictionis

Mercurii 5. Februarii 1609.

FElicis recordationis Clemens Papa VIII. † per ſuas 1
literas directas Nuntio Apoſtolico in partibus Hiſpa-
niarum juſſit Eccleſiam Cæſarauguſtanam, quæ erat Re-
gularis Ordinis Sancti Auguſtini, ad ſtatum regularem re-
duci mandando inter cætera, quod Archiepiſcopus ſuper
quibuſcumque criminibus, exceſſibus, & delictis per-
ſonarum Capitularum ejuſdem Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ,
non niſi adjunctis ſibi duobus de gremio Capituli, & à Ca-
pitulo dumtaxat quoties opus fuerit nominandis, & aliàs
juxta formam à Concilio Trident. cap. 6. ſeſſ. 25. tradi-
tam, etiamſi forſan ipſe Archiepiſcopus, antea in dictas
perſonas Capitulares majorem, & omnimodam haberet
juriſdictionem procedere poſſit, & debeat. Hæc ſunt ver-
ba formalia. Quibus quidem literis per Nuntium Apoſto-
licum executioni demandatis, & dicta Eccleſia jam in ſta-
tu ſæculari exiſtente Dominus Archiepiſcopus prætendit
dignitatem Archiepiſcopalem in multis gravatam, & præ-
cipuè circa cognitionem cauſarum criminalium in perſo-
nas Capitulares, & obſtare regulam de jure quæſit. non
tollen. cui non reperitur in literis Apoſtolicis expreſsè de-
rogatum, & ſuper hoc orta controverſia inter Dominum
Archiepiſcopum ex una, & Capitulum ex altera de conſen-
ſu utriuſque partis dedi dubium. An obſtaret Capitulo Cæ-
ſarauguſtano regula de jure quæſito non tollen. Et Domini
reſtringendo diſputationem ad Conjudices non obſtare re-
ſolverunt.

Primò, quia licèt ardua fuerit ſemper quæſtio in Rota
per quem modum cenſeatur derogatum Regulæ de jure
quæſito non tollen. attamen Domini in eo reſidere viſi fue-
runt, quod † in gratiis de ſui natura præjudicialibus, ut ſunt 2
exemptiones, & ſimilia non requiratur formalis deroga-
tio, idque ex eo quod ex quo Papa intelligit gratiam non
niſi cum præjudicio juris tertii poſſe verificari, & nihilomi-
nus illam concedit, cenſeatur per neceſſarium antecedens
illi juri velle derogare. Rota in cauſa Nullius de Stepa.
19. Novemb. 1586. & in Burgen. Quindenniorum 5. De-
cembris 1601. coram Illuſtriſſimo Seraphino. In Oſcen.
Indulti 10. Decembris 1599. coram Illuſtriſſimo Mellino,
& in Illerden. præeminentiarum 26. Junii 1602. coram Il-
luſtriſſimo Seraphino, ad idem tendit deciſio Caſſad. 1. *de
privileg.* Caputaq. *deciſ. 265. incipit privilegium lib. 1. in ma-
nuſcript.* Rota *in cauſa Fanen. Penſionis coram Aldobrandino,
relat. inter diverſ. impreſſ. deciſ.* 240. *n.* 22. *par.* 1. benè Dec.
conſ. 113. *n.* 17. *verſ. non obſtat*, Corn. *conſ.* 83. *num.* 16. *verſ.
tertio reſpondetur lib.* 4. Non obſtat † quod non ſufficiat 3
ſcientia Papæ, ſed ulterius requiratur derogatio regulæ,
Cæſar de Graſſis *deciſ. 3. de reſcript.* Rota *in Cæſarauguſtana
iuriſdictionis* 13. *Iunii* 1594. *coram Illuſtriſſimo Seraphino cum
aliis quæ allegantur*, quia non loquuntur de ſcientia quæ ori-
tur ex natura ipſius rei quæ geritur, ſed ex ſcientia deſum-
pta ex narratis circa quæ Papa facilius poterit decipi ob in-
volucrum verborum; Item gratia, quæ de ſui natura non
eſt præjudicialis, non habet tantam repugnantiam cum re-
gula ſicut ipſamet gratia præjudicialis, cum enim præju-
dicium in illa ſit accidentale ſtante proteſtatione de qua in
regula, poteſt dici quod Papa intellexerit facere gratiam, ſi
& quatenus ceſſet præjudicium tertii verum in gratia de ſui
natura pręjudiciali, nó poteſt cadere iſta interpretatio quia
ſublato præjudicio ceſſat omninò gratia, & conſequenter cũ
veniant in concurſum proteſtatio, & factum neceſſe eſt, † ut 4
proteſtatio cedat facto omninò contrario ad tradita per Bar.
& alios in l. non ſolum, §. morte, ff. de nov. oper. nun. & per canon.

in cap. M. Ferrarien. de conſtitut. Corbul. de cauſ. privat. ob. alienat. ampliat. 30. Quod autem gratia in hoc caſu ſit de ſui natura præjudicialis patet, quia per neceſſe aufert poteſtatem quam alias habebat Archiepiſcopus in procedendo ſine adjunctis quæ quidem poteſtas illi competebat de jure communi cùm eſſet loco Abbatis illius Capituli Regularis, ut latè fuit dictum in cauſa Montis Regalis iuriſdictionis 27.
5 Iunis 1607. coram R. P. D. Coccino. Et † Papa qui habet omnia jura in Scrinio pectoris non præſumitur tale jus ignoraſſe, c. 1. cum ibi notat. per ſcriben. de conſtit. in 6.

Non obſtat, quod iſta non ſit totalis exemptio à juriſdi-
6 ctione Epiſcopi † in quibus terminis videntur procedere allegatæ deciſiones, ſed tantum quædam limitatio, quia valet argumentum de parte ad totum, l. quæ de tota cum ſua materia, ff. de rei vendicat. Imò facilius limitatur juriſdictio quoad partem quàm tollatur in totum Bald. de præſcrip. 5. p. princip. par. 1. q. 8. num. 7. & in terminis regulæ Mandoſ. ſuper dicta regula quæſt. 12. verſ. contraria.

Prædicta eo magis viſa fuerunt admittenda ſtantibus
7 verbis importantibus † derogationem juris Archiepiſcopalis, ibi, etiam ſi forſan ipſe Archiepiſcopus antea in dictas perſonas Capitulares majorem, & omnimodam haberet juriſdictionem, quæ verba idem ſonant, ac ſi Papa dixiſſet. Non obſtan. majori, & omnimoda juriſdictione quàm Archiepiſcopus haberet Gemin. conſ. 120. nu. 8. verſ. litis pendentia non obſtant.

Secundò, fuit dictum non obſtare regulam, quia Papa fecit ſæcularizationem ob bonum publicum, & reformationem Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, ut legitur in proœmio ſæcularizationis ex quo colligitur cauſa finalis, l. fin. ubi DD. ff. de hæred. inſtit. in diſpoſitione autem, quæ ſit ad pu-
8 blicam utilitatem non eſt † neceſſaria derogatio regulæ, quia per dictam regulam non cenſetur præſervatum jus particulare in concurſu publici, cui cedere debet, latè Gabr. tit. de iure quæſito non tollendo concl. 2. n. 1. & in terminis regulæ Sarnen. ſuper dicta regula quæſt. 19. Rebuff. ſuper dicta regula, verbo etiam ſi motu proprio n. 30. Rota in d. Nullius de Stepa. coram Illuſtriſſimo Seraphino, & in Salman. obſervat. coram Cantuccio relat. inter diverſ. impreſſ. deciſ. 759. n. 1. par. 1. Non obſtat, quod Archiepiſcopus non impugnet ſæcularizationem, ſed partes ſibi præjudiciales, quia Papa voluit facere unum negotium, non plura, & motus fuit ex unica cauſa ad facien. omnia de quibus in ſuis literis, nempè ex bono publico, & reformatione Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ.

Non obſtat, quod per ſæcularizationem non immute-
9 tur † ſubjectio Eccleſiæ ſæcularizatæ, Innoc. & alii in cap. 2. verbo Monialium de Capell. Monach. quia hoc procedit in dubio, ſed ſi Papa hoc expreſsè facit non applicantur illæ doctrinæ.

10 Tertiò, principaliter † viſum fuit non obſtare regulam quia reſpectu moderni Capituli contra quod modò vellet Archiepiſcopus procedere ſine adjunctis, ipſe nullam unquam habuit juriſdictionem, & conſequenter non poteſt dicere, quod Papa dando juriſdictionem limitatam ſuper dicto Capitulo aliquid ſibi de ſuo jure abſtulerit, certum autem eſt regulam non habere locum, niſi in jure pleno quæſito, & radicato, ut ſonant verba regulæ, & tradit Sarnen. ſuper illa quæſt. 4. Put. dec. 264. lib. 2. Rota in dicta Salmantin. coram Cantuccio num. 4. Quod autem Archiepiſcopus nullam unquam ſuper hoc Capitulo habuerit poteſtatem, apparet ex eo, quod Papa non ſimpliciter ſæculariz averit antiquum Capitulum, ſed novum conſtituit, ibi, *Nec non in dicta Eccleſia vingintiquatuor Canonicatus, & totidem Præbendas pro vinginti quatuor Clericis ſæcularibus futuris illius Canonicis, qui omnes Capitulum ſæculare ipſius Eccleſiæ faciunt, & conſtituant auctoritate prædicta, &c. eri-*
11 *gas & inſtituas.* Non obſtat † quod hoc novum Capitulum ſit ſubrogatum in locum antiqui, quia aut deducitur ad hoc, quod ſubrogatio cenſeatur facta cum eiſdem qualitatibus, & ſic cum omnimoda ſubjectione Archiepiſcopo, & objectum tollitur ex verbis Summi Pontificis, qui voluit Archiepiſcopum, non niſi cum adiunctis contra iſtos novos Capitulares procedere poſſe. Aut deducitur ad hoc quod ſubrogatio debuerit fieri cum eiſdem qualitatibus, & ſic cum omnimoda juriſdictione Archiepiſcopi, & non propterea ſequitur, quod ſi non fuerit facta, fuerit ſublatum aliquod jus jam quæſitum Archiepiſcopo ſuper hoc novo Capitulo. Quod ſi prætenderet Archiepiſcopus extinctionem antiqui Capituli fuiſſe nullam ob non factam ſubrogationem iſtius novi Capituli in locum antiqui eſſet alterius, & fortè nullius indaginis propter multa, quæ in contrarium dici poſſent, interim verum eſt, quod ſuper hoc novo Capitulo Archiepiſcopus numquam habuit omnimodam juriſdictionem, & conſequenter, quod Capitulo dicenti ipſum contra perſonas Capitulares, non niſi cum adjunctis procedere poſſe, non obſtat regula de jure quæſito non tollen. & ita fuit concluſum. Hæc deciſio reperiatur apud Marcheſ. de ſanat. nul. p. 3. §. 4. deciſ. 1. & p. 1. recent. deciſ. 174.

S V M M A R I V M.

CAp. 4. Seſſ. 6. declaratur, n. 1. 2. 9.
Libellus R. P. P. de Toſſantos contra Adiunctos, numer. 3.
Criminum diſtinctio, n. 4.
Adiuncti etiam in levibus procedunt, n. 5. 6. & 10.
Epiſcopalis iuriſdictio extenſa non limitata.
Adiunctorum iuriſdictio reſtringitur in tribus, n. 8.

QUÆSTIO SECUNDA.

An Tridentina Synodus de novo aliquam juriſdictionem tribuerit?

VIdetur ſanè dicendum juriſdictionem Capitulis Cathedralium de novo competere ex cap. 6. Seſſ. 25. de reformat. in cap. enim 4. Seſſ. 6. de refor. † Solus Epiſcopus vel cum his quibus ſibi videbatur Adjunctis corrigere & emendare Cathedralium Capitula poterat & valebat juxta canonicas ſanctiones. Sed in hoc cap. 6. tam in viſitatione quàm extra Epiſcopus vel ejus Vicarius non poſſunt procedere ſine conſilio & aſſenſu duorum de Capitulo: ergo tribuit Concilium Tridentinum aliquam juriſdictionem de novo.

Confirmatur ex deciſ. 743. num. 5. part. 1. diverſ. ubi de ordine Sanctiſſimi Domini de Rota dictum cap. 6. decla-
rantes † ſenſerunt quod Capitulum iſtud venit ampliativè 2
& limitativè ad dictum cap. 4. ampliativè quatenus ampliat dictum cap. 4. ut procedat etiam quando Epiſcopus extra viſitationem proceſſerit, limitativè verò quatenus limitat hanc ampliationem, dummodo Epiſcopus, vel ejus Vicarius de conſilio, & aſſenſu duorum de gremio Capituli
procedat: † quæ declaratio anſam dedit ſeu levem occaſio- 3
nem Fr. Placido à Toſſantos viro religioſiſſimo primum Epiſcopo Accitano poſtea Zamoren. porrigendi S. D. N. Paulo V. libellum anno 1617. continentem in prima clauſula, Capitularibus vivendi impiè, libidinosè, & liberè licentiam fuiſſe connatam, poſtquam Tridentina Synodus Adiunctorum poteſtatem Capitulis permiſit.

Secundò pro eadem ſententia ponderatur, nam hodierna die tam in levibus, quàm gravibus, ſeu attrocioribus
delictis, quorum † diſtinctionem declarat Sahagum Præ- 4
ceptor meus in cap. 4. §. 1. n. 18. de iudic. Farinac. de accuſat. q. 18. num. 61. & quæſt. 137. num. 16. Scaccia de appellat. q. 17. limitat. 4. à num. 76. Epiſcopus non procedit niſi de con-
ſilio & aſſenſu duorum de Capitulo † ut probatur ex d. c. 6. 5
ibi: *in omnibus autem caſibus*; & probatur quia alias eluſoria redderetur Tridentini diſpoſitio, & magna incommoda reſultarent ex contraria obſervatione, ut argumentatur Seraph. dec. 710. Sacram ſic Tridentini Congregationē declaraſſe atteſtans, & probatur ex eo, quia eadem Congregatio declaravit procedere Capitulū iſtud 6. in caſibus in quibus opus non eſt tela judiciaria, ut Riccius comprobat dec. ſua 566. n. 5. in praxi, ut ſunt leves cauſæ ad tradita per Barthol. & Alex. in l. leviaff. de accuſ. Signorolum conſ. 88.
n. 5. Sed Epiſcopus † poterat ſolus procedere contra Capitu- 6
lares

lares in levibus cap. 1. c. licet cap. irrefragabili, §. exceſſus, de offic. ord. notat Riccius deciſ. ſua dicta 566. num. 4. Ergo Cathedralium Capitula aliquam novam indulgentiam, ſeu facultatem, ſeu juriſdictonem fuerunt aſſecuta ex Tridentino.

Contraria tamen ſententia, quæ verior eſt probatur ex allegatis in q. 1. fundam. 8. quibus probatur hanc Capitulorum præeminentiam aſſiſtentia juris communis corroborari: probatur & ſimiliter ex deciſ. Rotæ 321. n. 2. p. 2. diverſ. decidenti in Tridentino Seſſ. 6. cap. 4. & c. 6. Seſſ. 25.
7 de reformat. † potius extendi, quàm minui Epiſcoporum juriſdictionem in Cathedralium Capitula, quod evincitur apertè ex verbis d. c. 6. in fine, ubi hæc verba: *Hæc autem omnia, & ſingula in iis Eccleſiis locum non habeant, in quibus Epiſcopi, maiorem habent poteſtatem, auctoritatem, ac iuriſdictionem conſtitutionibus, privilegiis, concordiis, ac alio iure quæſitam, quibus ſancta Synodus derogare non intendit.*

8 Rurſus & juriſdictio † Capituli à Tridentina Synodo in hoc cap. 6. relicta, magna cum limitatione eſt permiſſa, Primò in eo quia ſi Epiſcopus diſcordat in judicio, Adjuncti concordant, non præfertur judcium majoris partis cum regula ſit ut potius credatur duobus concordantibus quàm uni ſoli, l. item ſi unus, §. fin. de recept. arbitr. c. 2. eod. tit. in 6. l. aliud §. refertur ff. de reg. iur. notat Rota apud Farinacium deciſ. 746. num. 2. Panor. in cap. irrefragabili nu. 2. Butrius 29. Imola in §. exceſſus n. 6. de offic. ord. Martha in deciſionibus ſuis voto 251.

Secundò, & limitatur prædicta juriſdictio, & in hoc ut hi duo adiuncti pro uno connumerentur contra ſupradicta, & contra regulam legis ſi intres ff. de recept. arbitr. l. duo ex tribus ff. de re iud. Limitatur & tertiò in eo quod in paritate eſſet præferenda ſententia cuius cauſa eſſet favorabilior, vel res minus noceret cap. ult. de ſent. & re iud. ut in Curia Piſana lib. 2. cap. 18. n. 20. & tamen in dicto c. 6. nulla qualitas ex ſupradictis obſervari permittitur, ut & advertit Gutierrez lib. 1. q. civil. c. 94. n. 4.

9 Non obſtant † contrariæ ſententiæ argumenta, non primum quia reſpondeo cum diſtinctione, quod aut loquimur de juriſdictione Capitulis competenti poſt cap. 4. Seſſ. 6. de reformat. & tunc verum eſt, quod in dicto cap. 6. aliqua de novo eſt tributa juriſdictio Capitulis; nam ampla viſitandi, corrigendi, & emendandi conceſſa poteſtas Epiſcopis contra Capitula Cathedralium fuit limitata in hoc c. 6. Seſſ. 25. ut ſcilicet hoc fieri valeat duobus ſibi à Capitulo eligendis adiunctis & aſſociatis. Aut loquimur de juriſdictione Cathedralium ante dictum cap. 4. Seſſ. 6. & tunc potius ablata quàm de novo eſſe conceſſa Capitulis juriſdictio intelligitur id quod clariſſimè ſignificavit deciſ. 743. num. 5. par. 1. diverſ. & dec. 321. n. 2. p. 2. & Mantica deciſ. 180. n. 6. & aliquos refert, & ſequitur Auguſtinus Barboſa in paſtoral. par. 3. alleg. 73. num. 5.

10 Non ſecundum quia falſiſſimum eſt dicere quod in levibus ſolus Epiſcopus poterat procedere cum nec ex cap. 1. nec ex cap. licet, nec ex cap. irrefragabili, §. exceſſus de off. ord. colligatur: quia potius contrarium, ut declaramus q. 1. ad ſolutionem ſecundi, quando verò minima, ſeu levia veniant, vel non in conſiderationem Anton. Corſetus longiorem ſermonem habet inter tractatus vol. 18. fol. 169.

Illud certiſſimum eſt, quod de minimis curatur in his quæ competunt de jure communi l. ſcio, ubi Bart. ff. de reſtitut. in integr.

S V M M A R I V M.

FOrma concipiendi ſententiam in iudicio Adiunctorum, numer. 1.
Aſſeſſor iuriſdictione caret, num. 2. & 18.
Epiſcopi Aſtoricen. argum. proponitur n. 3. diluitur, n. 22.
Felini argumentum diluitur & proponitur, n. 4. & 24.
Adiuncti iuriſdictionem habent, num. 5.
Iuriſdictio quid ſit, num. 6.
Capitulo eſt iuriſdictio civilis & criminalis in ſuos Capitulares, num. 7.

Loquendi communis uſus ius facit, num. 8.
Adiuncti coniudices ſolent appellari, num. 9.
Adiunctum ſequitur naturam eius cui adiungitur, n. 10.
Connexum habet principalis honorem, n. 11.
Additamentum participat de principali, n. 12.
Adiunctorum aſſenſus neceſſarius eos facit principales cum Epiſcopo, n. 13. 14. & 16.
Adiuncti iuramentum præſtant ſicut alii Iudices, n. 15.
Trident. Seſſ. 25. c. 6. verſ. ne Iudicium eludatur, declaratur, num. 16.
Adiunctus & Iudex ordinarius, & delegatus iure dicitur, numer. 17.
Adiunctorum & conſilium, & aſſenſus ſpectatur, n. 19.
Funiculus triplex difficilè rumpitur, n. 20. & 24.
Forma pronunciandi ſententiam criminalem contra Capitularem in Eccleſiis Tiraſon. & Terulen. n. 21.
Sententia datur nomine unius ergo cæteri iuriſdictione carent non valet, num. 21.
Suffraganei Iudices ſunt in Concilio Provinciali, n. 22.
Trid. Seſſ. 25. cap. 6. verſ. Cæteris autem in rebus explicatur, num. 22.
Exceptio debet eſſe de regula, n. 23.
Expreſſum plus operatur quàm taciturni, n. 25.

QUÆSTIO TERTIA.

An Adjunctis ſit aliqua juriſdictio?

NEgativa videtur probari ex deciſ. Seraphini 1213. vol. 2. confirmata per eundem in deciſ. 1437. quam commemorat, & Gratianus vol. 1. diſceptat. Forenſ. c. 100. n. 64.
ubi † tenuit Rota ſententiam Epiſcopi & Adjunctorum in 1
cauſis criminalibus contra Capitulares eſſe concipiendam ſub hac forma. Ego N. Epiſcopus de conſilio, & aſſenſu N. vel N. & N. Adjunctorum ita pronuntio, quod ſic Sacram Congregationem declaraſſe in cauſa Gadicen. juriſdictionis ipſemet Cardinalis refert, cuius relatio quanti ponderis ſit, & momenti ex his colligitur, quæ de teſtimonio Cardinalium circa conceſſiones Pontificum ipſemet ex Staphileo de literis iuſtitiæ, §. imprimis nu. 97. adſtruit in deciſ. ſua 493. in fine, & tradit Navar. conſ. 6. n. 8. & 9. de teſtamentis.

Poteſt ſuaderi ea ratione quia jure non conſtat prædictos Adjunctos habere juriſdictionem, non enim eſt bona conſequentia, Epiſcopus procedit in præſentia, vel de conſenſu Capituli ergo habet juriſdictionem, quia & judex
procedit de conſilio Aſſeſſoris, † tamen Aſſeſſor juriſdictio- 2
ne caret, argum. tex. in l. 1. ubi gloſ. fin. de off. Aſſeſſor. quam rationem conſideravit Bellamera in c. Epiſcopus 15. q. 7. n. 2.
Secundò, adducitur fundamentum ex Domino † Petro 3
de Caceres Epiſcopo Aſtoricen. in relatione contra Capitulum fol. 17. à §. eſto ſe vè, ubi Epiſcopus Aſtoricen. argumentatur ex verbis dicti Capituli 6. ibi: *Capitulum in initio cuiuslibet anni eligat duos, de quorum conſilio, & aſſenſu procedere teneatur*: nullum enim verbum in hoc decreto reperitur juriſdictionem denotans in Adjunctis, quippe cum omnia verba iſta ad Epiſcopum dirigantur non Adiunctos. Confirmat ſententiam ſuam ex eodem cap. 6. ibi: *Cæteris autem in rebus Capituli iuriſdictio, ſi qua eis competit, ſalva & intacta omninò eis relinquatur.* Quæ verba ſignificare videntur juriſdictionem non competere Adjunctis in cauſis criminalibus, competere tamen Capitulis in cauſis civiilbus.
Tertiò, & ponderatur † pro hac parte deciſio Rotæ 10. 4
de præbend. in antiquioribus, Dominicus in cap. in illis, §. fin. num. 4. in fine, Felin. in cap. non poteſt num. 11. de re iudic. ubi cum docuiſſet Felinus aſſiſtentes Epiſcopi non poſſe vocari coniudices quorum conſilium dumtaxat requiritur, ſubjungit, idem eſſe ſi Epiſcopus teneretur requirere conſenſum.
Contraria tamen ſententia, † quæ verior eſt probatur, 5
Primò ex eodem c. 6. in illis verbis: *iuxta eam partem, cum qua tertius conveniet, articulus, in quo erat diſcordia, terminetur*: nam ſi apud Adjunctos non eſſet juriſdictio, quomodo poſſent ipſi articulū ſuper quo erat diſcordia termi-

nare